28 F

Ms 12-198

16.919

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

XVII-3672

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

OPUSCULA VARIA,

IN QVATVOR LIBROS DISSECTA.

IN PRIMO.

NARRATVR VITA BEATISSIMÆ VIRG. Mariæ, & Fabrica Templi Salomonis, cum ipſius devaſtatione deſcribitur, Ægipcio rum ſævitia.

In ſecundo, & tercio libro, diverſa Epigrammata erga diverſos ſcopos, inſeruntur, cum Epiſtolis & Elegijs, in quibus pravi denique deteſtantur mores.

IN QVARTO.

Duplex Epos Medicum Hexametris ornatum, vbi aliquæ ſententiæ elucidantur Aphoriſticæ, & ſymptomata febres plerumque comitantia exponuntur.

EDITVR IN LVCEM OPVS

Sub auſpicio Nobiliſsimi Viri,

D. D. DIDACO BARRIOS DE LA ROSA, Y SOTO:

AVTHORE

D. DIDACO THENORIO DE LEON,

Gaditano Medico.

SVPERIORVM PERMISSV.

Gadib. ex Typograph. Chriſtophor. Requena,
Anno Domini 1699.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura



(c) 2007 Ministerio de Cultura

HEROI

PRÆCLARSMO, AC PRVdentiſsimo viro, miris laudibus extolli digniſsimo, inſignibus & varijs virtutibus ornato, Dei munere & voluntate conſpicuo; cuius olim donum, pluviarum cauſa, ſibi Dominus paravit aſylum, in celeberrimo die feſtivitatis Dominicæ.

D. D. DIDACO BARRIOS DE LA ROSA, Y SOTO:

Prudentiæ, benignitatis, & comitatis fidiſsimo exemplari.

HVIC ERGO D. DIDACVS THENORIO DE Leon, in perpetuæ fidelitatis & alumni monimentum hæc varia opuſcula obſequio libenter offert, & conſecrat.

HEXAMETRON OBSEQVIOSVM.

QVis quis opus plerumquè (iubar clariſsime) prælo
Tradit, & ipſe ſagax animo tutamina quærens,
Nobilitate virum, ſit cuius nomen ad aſtra
Vſque ſatis notum, miris virtutibus æquum,

So-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Solicitat cupidus, valeat si sorte tueri
A facie pavidus tanti livoris iniqui.
Hoc ideo portis, parili subeunte timore,
Ecce accedo tuis, validus quo surgere possim.
Sed quid adest mirum? miseros properarè potentis
Vidimus ad portas; horum que miserimus ipse
Pignora quo teneant, quæro, nunc mentis apricum:
Ingenti ratione ratus, quod Numinis olim
Extitit æterni, turbo vt transiret, asylum:
Corde humili & quamvis tanto fatearis honore
Indignus, Domus inde tua exaltata per orbem
Mansit, & à cunctis præclaro cognita limbo,
Quem Regis iussu effigias insignia circùm,
Quo què Deum miris constanter laudibus effers.
Incrementa Deum, Regis manifesta per ora
Nota, tibi, Natis que tuis, ex inde parasse
Credam. Nam qui cuncta parat, qui cuncta gubernat
Nomen & imposuit cuique ex fulgentibus astris:
Sydera cui parent, tempestates que potentes,
In gyrum que iubet Cælos, & lumina [illegible]rti;
Imperio que suo tempestas orta liquescit,
Arida vel tellus cœlesti rore madescit:
Ipse diem legit maiori laude peractam,
Qua que viis patulum populus genufluxus adorat;
Nubila tunc que patent, impletur que imbribus aer,
Numine vt ingressio fulgerent magna Clyentis
Tecta sui, reliquis que Clyens præstaret honore.
Has ergo licitum portas si forsan adire
Sit mihi, fortunatus ero, quia tramite recto

Du-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ducor vbi posſim, peperi quæ mente, litare.
Sume, iubar, gratis tibi quæ commiſſa libenter
Offero: Parva vides, alijs ſed forſan amore
Præſtabunt: faveas, præbe que iuvamen alumno.

D. Didaco Thenorio de Leon.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Approbatio à RR. PP. MM. Fratribus Michaele del Caſtillo, digniſsimo Priori Conventus S.P.N. Dominici, & SS. Roſarij Gaditani; & Franciſco de Valenzuela, nec non digniſsimo Priori Conventus S. P. N. Auguſtini eiuſdem Civitatis.

EX comiſsione D. D. Laurentij Martinez de Herrera Gaditanæ huius Dioœceſeos Generalis Vicarij, multa animi voluptate vidimus *Opuſcula varia*, in quatuor libros diſecta, à D.D. Didaco Thenorio de Leon metro limatiſsimo concinnata: Opus quidem pulchrum, mira, varia, multiplici que eruditione contextum. Profecto nobis viſum & amæniſsimum viridarium; nam quemadmodum in eo omnes nobiliores flores, alibi diſperſi, congregantur; ità in hoc p[illegible] polito opere cuncti tam ſacrorum, quam prophanorum Poetarum, & horum puriores, & ſuaveolentiores, vt potè ſanam, Catholicam que doctrinam redolentes, collecti reperiuntur. *Hic invenies, oratorum varia Poetarum acuta, Doctorum profunda magna cũ proprietate dicta.* (*Senec. de Paneg.*) In illo ex ſacris pietatem, qua Dei, Cœlitum que laudes modulantur, zelum quo vitia increpant demirati ſumus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mus, ex profanis Maronis elegantiam, & celsitudinem; quarè in laudem Auctoris resonet ab Augusto decantatum Encomiasticon:

Immò sit æternum tota resonante camæna
carmen.

Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur.

Horatij efficaciam, gratiam, & iucunditatem, propterea que illud de eo pervulgatum, non incongruè, adaptatur Auctori.

Hic inter liricos sublimi vertice vates
Sydera summa ferit;
Cantat amicitias, convivia, prælia, paces;
Impedit aùt vario corruptos, carmine, mores.

Egregias Nasonis sententias; multa, atque varia poematum genera, cum magna scientiæ rerum abundantia: Vndè sicut illum S. P. N. Augustinus, ità hunc ingenem appellabimus poetam; nec festivi Martialis iucundi flores, insertis tamen vtilibus Christianis documentis, quibus delectabiliter profici possit, & sereni Medico Poeticæ saluberrimæ rosæ desunt, vt viridarium hoc appareat undequaquè venustum, vtile & voluptuosum. Quibus perspectis, satis que perpensis, coniicimus Authori eventurum quod olim Virgilio, teste Tiberio Donato: *Cœtus omnes Poetas*

ita

© 2007 Ministerio de Cultura

it a aliunctos habuit, vt eum inter se plurimum invidia arderent, illum vna omnes colerent. Et iudicamus hocce opus satis proficuum ad erudiendam iuventutem, quam invitat Panthenius loquens de choro duplici Poetarum sacro, & prophano.

Parte sui (gratæ que vices) saltatur uterque,
Dimidia que Deo, dimidia que viris.
At tu iunge manus, & plaude iuventa choræas,
Te chorus ecce manu noster vtraque vocat.

Deniquè nihil in hoc opere Chatolicæ fidei absonum, optimis que moribus contrarium invenimus; quarè concedi licet libera facultas, vt prælo mandatum in publicam lucem prodeat. Ita sentimus salvo meliori iudicio &c Gadiræ sexto Kalend. Decembris. Ann. Dñi. M.DCXCVIII.

Fr. Michael del Castillo.
Prior.

Fr. Francisco de Valenzuela.
Prior.

LI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

LICENCIA DEL ORDINARIO.

EL Licenciado Don Lorenço Martinez de Herrera Montero, Abogado de los Reales Consejos, Provisor, y Vicario General desta Ciudad, y Obispado de Cadiz, por el Illustrisimo, y Reverendisimo Señor Don Fray Alonso de Talavera mi señor, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica Obispo de dicho Obispado del Consejo de su Mag. &c.

Por la presente doy licencia à Christoval de Requena, Impressor, y Mercader de libros desta Ciudad de Cadiz, para que pueda imprimir vn libro en verso Latino, intitulado; *Opuscula varia*, compuesto por el Doctor Don Diego Thenorio de Leon, vezino desta Ciudad, y por ello no incurra dicho Impressor en pena alguna, por quanto

de

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de mi mandado ha ſido expurgado, y no ſe ha hallado coſa que ſe oponga à nueſtra ſanta Fè Catholica, y buenas coſtumbres. Dada en Cadiz, à veinte y nueve del mes de Noviembre de mil ſeiſcientos y noventa y ocho años.

Lic. Herrera.

Por mandado del Sr. Prov. y Vic. Gl.

Gabriel de Molina Not. Apoſt.

ERRA-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ERRATA.

Pag. 3. verſ. 1. Gratur, leg. Gratum. Pag. 3. Peradiſi, leg. Paradiſi. Pag. 5. verſ. 18. Quæ. leg. Quò. Pag. 10. verſ. 4. oblatus. leg. oblatum, Pag. 36. Nomis, leg. Nominis. Pag. 113. verſ. 8. ſimiles, leg ſimilis. Pag. 155. verſ. ult. paren tollats. leg. parens tollat. Pag. 213. verſ. 3. gerendas, leg. gerenda. verſ. 10. eram, leg. eam. Pag. 214. verſ. 9. vſque, leg. vtque. Pag. 218. verſ. 20. habes, leg. hebes. Pag. 219. verſ. 13. te, leg. tu. verſ. 17. Non hos. leg. Non bos. Pag. 221. verſ 20. poſside, leg. poſsidet. Pag. 240. verſ. 4. oneſta, leg. onuſta. Pag 341. verſ. 21. Melpone, leg. Melpomene. Pag. 396. verſ. 11. Princibus, leg Principibus. Pag. 407. verſ. 3. framina, leg foramina.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

R.P.Fr.Reimundus de Ieſus, Gramm. ti-cæ Lector in Hiſpalenſi Cœnobio Sanct. Thomæ de Aquino.

EPIGRAMMA.

CArmina perlegi accurato pollice culta,
Ingenij, & genij pignora viva ſui.
Gemmea naturæ profudit gratia gazam;
Auguror Authori numen ineſſe dium.
Quos què ſales Salomõ, charites que habuere leporcs,
Mirificis cumulis iſtud opimat opus.
Æva reor numquàm tranſacta tuliſſe poetam
Talem; nec parient fæcla futura parem.

LEC:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

LECTORI.

TEmpora nè dicas, Lector, tranſgreſſa Poeſis;
Præſenti videas carmina ſcripta pius.
Voce viri ſuavi iàm defecere canentes;
Apparet què hodie non niſi avena rudis.
Virgilius gracili quondam modulaſſe fatetur:
Integra ſed manſit tempus ad vſque tuum.
Deficiet nèc opus, quamvis defecerit author;
Laudandi potius norma laboris erit.
Interitus careat luctu, clariſsima quando
Nobis permanſit, carmine, fama viri.
Perlege gratus opus, gratum ſi ſenſeris eſſe;
Scribere qua potui, do brevitate tibi.
Sit quamvis longum, ſi nolis eſſe moleſtum,
Ipſe volens facias, & breve fiet iter.
De varijs modulatur opus, miſerere laboris;
Cuncta que ſi nolis, elige grata tibi.
Obſecro quòd *parcas*, non verſo idiomate *carpas*:
Eſt idem, quia ſunt ipſa elementa, labor.
Si què palam dicas fortaſsé fuiſſe locutum;
Dic, non poſſe aliter carpere ſæpè nefas.
Nomen & ammirunt abſynthia, ſi abſit amaror;
Dulcia cum què velis, eripis eſſe ſuum.
Extera multoties faciunt ſervire Poetæ
Verba, metrum quoniam carminis urget ibi.
Noſcet enim ſolum, didicit qui metra, laborem;
Diſcito cum carpas verſificare priùs,

Om-

© 2007 Ministerio de Cultura

Omnibus invisus Mimus scribentibus, absit,
Carpens qui cunctos, efficit ipse nihil....
Materies agitur nostro dignissima cultu:
Offero virgineam, quam reverenter ages.
Cætera si videas, noſces Epigrammata tandem
In pravos mores mittere tela satis.
Exhibet auxilium, prosit si fortè saluti.
In mala, si ægrotes sume Poema tua.
Suscipe pacata, data sunt quæ mente libenti,
Parce que deffectus, lector amice; vale.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

LIBER PRIMUS.

SECTIO PRIMA.

VITAM MODVLATVR SANCTISSIMÆ Virginis Mariæ Dei Genitricis.

Poema Hexametron.

SAlve Sacra Dei Genitrix, fœcunda Maria,
Virgo excelſa nimis, cuius laudabile nomen
Cœlicolas hilarat, vitam mortalibns affert.
Salve Stella maris, ſtellarum cincta Corona.
Sole micãte induta, cui quoque Luna, cothurnus,
Pulchra ſubeſt pedibus, velutiq̃ ancilla miniſtrat;
Agmen eg aligerum Cœli ceruice reflexa
Suppeditat, vultum ſeù contemplatur adorans.
Salve nautarum ductrix, quibus æquora monſtras
Mollia, navigio tuto per littora vecto,
Turbine que expulſo, fluctus formoſa ſerenas,
Vitata que facis Scilla, vitare Charibdim.
Ecce ego te pavidus, laudis iàm gurgite Sacro
Invoco ſubmerſus, cupioque venire ſalutis
In portũ: fruſtrà tamèn abſque iuvamine pugnant
Vela tuo; propera; navis iàm carbaſa ventis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Adiutrix infla, fœlix quasi Nauta, secundis:
Te mortalis enim sinè te laudare nequibit,
Æquora nèc solus laudum peragrare profunda:
Caligant præ luce oculi, pupilla fatiscit;
Auxilium præsta misero; nèc fortè putandum
Magniloquis tantùm gratas concedere voces:
Labra exterge mea, & vitam cantare iuvabit;
Ocyus auspicium præbet discrimine sospes.
Frigida flebat hyems, cum Solis lumina nobis
Clausa Decẽber habet, nubes vel sæpè recondunt;
Tunc humiles Templũ, coniux ascendit vterque,
Anna futura Parens, charo cum coniuge, & altum
Orat vterque Deum: vitam sinè prole peractam
Excruciant; lachrymisque suo petiere medelam
Angori cordis, sit si reparabile damnum;
Improles quoniam iàm coràm plebe notari,
Vota sua & sperni manibus, flevere, sacratis,
Excelsa & Templi tristes ex Arce repelli:
Nè quò grata Deo sunt vota oblata frequentèr,
Munera susciperet, quæ sint ingrata, Sacerdos.
Corda angor, malasque pudor subiere molesti;
Surgẽtesque solum conspersis imbribus implent.
Rura vir elegit: Dominum, cui contulit omne,
Seù precibus placare studet, seù mixta querelis
Verba dare. Hinc supplex, imisque pavore repletis
Postulat antè Deum sua velle iuvamina duci,
Coniugis vt lachrymas charus relevare valeret.
Quas fortuna sibi dederat, partitur egenis

Mox

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Mox gene.oſus opes. Gratũ teſtatur ad eſſe
Ales voce, Deum, fieri & quod poſſe negabat:
(Quippè Deo tantùm gelido de ſtipite germen
Orbe datur naſci) ſterilis quià lege ſubacta
Gaudebis (dixit) frons & caperata vireſcet:
Vxor concipiet tua, mox paritura puellam,
Intèr et, hac nata, gentes lætaberis omnes;
Terra que ſub tanto ſupplex ſuccumbet honore.
Sunt commiſſa Deo fœtus cunabula celſo
Prima; nimis que eius mirus narrabitur ortus:
Nomen ei paritèr, ſervato more, Maria
Impoſitum Cœlis, gratum quoquè gentibus adſit.
Alma Parens Genitoris erit, ſi terror Averni,
Aula Dei, aut turris, veſtris fortiſsima lucis:
Altus eam ſapiens Salomon venturus in orbem,
Ædificat, firmiſque iubet fulcire columnis
Septem; ſeù totidem mentem virtutibus ornat,
Adſit vt Ara Dei, tùm peccatoris aſylum,
Olim Legislator cùm mare ſiſtere iuſsit,
Et pendebat humus propria grauitate recumbens;
Protulit Edictum, prohibens violare colonis
E medio Paradiſi poma: ſuperbia verò
Noſtra, Dei mandata tulit; ſed protinus audax,
Proh ſcelus! ipſa nihil curat niſi frangere iuſſa;
Progenie tanto repleta vulnere noſtra.
Humani hic cæpit generis ſine fine genarum
Fletus: ab hoc verò (privata lege) dolore
Soſpes, humi thalamos calcavit ventre pudicos

© 2007 Ministerio de Cultura

4 Virgo, ſtatim formoſa, ſtatim ſinè labe refulgens.
Effœtus concepit venter, & Anna tumeſcit
Protinùs; optataſque Sacras revocatur ad Aras
Frugifera, vt celſum, valvis celebraret apertis,
Numen; vbi pietas ipſi conceſſa reuixit,
Germen & invenit iam deſperata ſenectus.
O fœlix Mater! te concepiſſe iuvabit
Quam Draco non eſt auſus eam reſeerare, ſed antra
Vertice calcato ſupplex deſcendit ad ima.
Iam nequè miror eam ſceleris rupiſſe catenas:
Non nè futura Parens Domini? quid ſuſpicor ergo?
An polluta foret, maculas quæ nata fugavit?
Vt factis, virtus; virtuti eſt norma, voluntas:
Magna facit, qui cuncta poteſt, ſi præſtet amore:
Annuat affectus; mens deturbabitur anceps;
Amens qui non cedat, erit, diplomate iuſsis.
Edidit in lucem, Cæli circumdata luce,
Poſt nonas Virgo menſis Septembris; & antè
Quam noctis foret æqua, diei cum lucibus, vmbra,
Fœturæ Sacræ tranſacto limite noto:
Amplius haud licuit greſſus celeraſſe puellæ
Huic pulchræ, quamvis avidæ properare ſalutem,
Arx & ſperaſſet fortis mortalibus eſſe:
Quam ſuper adveniens, depreſsis, Alma Columba
Perſtitit axillis, requiemque invenit in Arce.
Extera in orbe fuit, dulcis ſed gentibus hoſpes
De Ieſſe germen clara radice vireſcens
Virga, vt terris, flore ſimul ſubeunte, niteret.

Ob-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Obſtupuit, deiecta licet, dum laudibus effert,
Tellus; lingua pauet; ſiccis & faucibus hæret
Vox; & adorſa loquí (Virgo ni ſolvat habenas
Oris nata mei) gratis neſcire fatetur;
Ima cauerna dedit gemitus perculſa pavore,
Infremuit que chaos, fructum præſagit, & horret.
A ſomno Patres habitantes antra profundi,
Exurgunt feſsi, quos lux exſuſcitat ortu,
Sæcula tanta levans, fuerant quot vallibus imis
Labentis tardas experti temporis horas,
Lætantur que notis, cauſa properante ſalutis;
Mortis vt vmbrifero breviter terrore carentes,
(vectibus effractis portarum carceris imæ)
Egreſsi vivant, vinclis hac ſorte ſolutis.
Materies Adyti manibus fabricata ſupremi
Artificis, tòt ſertis, quot virtutibus halat;
Corporis augeſcit moles, nitidum vè viretum,
Quo frondent tenues violæ, candoris imago,
Et viridans cithiſus, calthæ, velùt alba liguſtra
Exhilarant; & purpureo formoſa colore
Indè roſa, à maxillis poſtulat apta rubores:
Virtutes etiam numero quò, vt nomine flores,
Sæpe carent; ipſiſque ſapor telluris acerbus
Nullus adeſt; fallax vnquàm nec pullulat herva,
Nubila nec Cœli nocuere tonantia; collum
Virgineo potiùs tanto flexere canori.
Omnia vix Cœleſtis ſigna cucurrerat Axis
Ter Sol; Natalis què dies redijſſe putatur

© 2007 Ministerio de Cultura

Vix ter: erant & adhuc graciles ſinè viribus artu.
Arca futura Dei & præpes migravit in Arcam,
Elegitque domum, libet quà vota Sacerdos,
Aſcenditque gradus, migrans, ter quinque, per Aras,
Virginitatis opes quò ſe ſervare libenter
Obtulit antè thronum ſupplex, vt candida, ſemper.
Eius ad exemplar greſſus pleræque ſecutæ
ſunt, hinc Virgineo quærentes clauſtra decòri.
Illic, parva licèt, placuit ſibi cellula Templi
Per duo luſtra; incæpit pubertatis & ætas,
Nubilis ac iuſſu ſummæ proponitur Arcis
Præsbiteri. Virgo reuuit, quia facta repugnant
Vota Deo, cui ſe, & ſua ſæpe dicaverat antè,
Tempus, & oblatis non deffectura per vllum,
Præsbiter obſtupuit, reliqui mirantur & omnes,
Nubere nàm citiùs prenſabat quæque puella
Tùnc; ſpes quippè tenax animum præſtabat, in orbẽ
Venturi Salvatoris, quem quælibet indè
Fœtum è viſceribus proprijs optabat oriri,
Sanguinis aut nodo, media ſic prole, gregari;
Tunc ideò ſteriles horrebant iugiter alvos,
Munere nè tanto caſſæ, quererentur inertes.
Quid deceat, fatur Numen de ſede ſuperna,
Auribus & tentis didicit facienda Sacerdos.
Progeniem clara de David ſtirpe, nepotes
Iuſsit, & indigenas illuſtres ſanguine, iungi;
Præſertim dilecta quibus fulgeret honeſtas:
Conveniunt, manibus portantes vimina, iuxtà

Iuſſa

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Iuſſa Sacerdotis; ſpes verò parva ſodales
Muneris, acceſſos iàm iàm conturbat ephebos:
Indignus nemo cenſetur ſede priori;
Cordibus obſeruant promiſsi fœderis anſam,
Scilicèt electum, frondens cui virga pateret.
Tunc manibus commiſſa, fuiſſe: hic ſorte tuliſſet
Candida coniugio Diuinæ Palladis ora.
Vnanimes cuncti iuſsis parere tenentur;
Ora tenent, ſed quid pavidum ſub pectore celant;
Ne, pretium virtutis, pignus aberret ab ipſis;
Numinis afflatu ſuperi ſed virga Joſephi
Florida tunc caſti, reliquis virtute præire,
Tum forma, tùm Regum prole, haùd invida dixit:
Iuſtus erat vir, Sacris & virtutibus æquus,
Quo quoque Virgineus fulgebat candor in extis,
Muneri & oblato conſtantèr prætulit Æther.
Vivit enim tutus ſoſpes, ſi ſoſpite vivat.
Cura iugalis cæpit; munus obire capeſſunt,
Coniugij, & grates egit iucundus vterque.
Solis ad occaſum, quando dilucula noctis
Venturæ iàm ſigna trahunt, vmbræ què minantur;
Cùm (quia ſic meminiſſe iuvat) dant cymbala ſignũ,
Miſſus in aulam Virginis èn deſcendit ab alto
Gabriel, Ales amictus luce, cubile refulſit;
Reginæ ſtetit antè pedes, humilis què profatur.
Alitum Ave Regina, Poli cui conditor almus
Tutor adeſt, tecumque comes iucund us adhæret:
Salve diuino, rurſus, candore repleta.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Erubuit, timuitque ſuperno lumine Virgo,
Verba ſalutiferi dubitat, neſcire fatetur
Quomodo ſic fieri poſsint promiſſa loquentis,
Ipſa virum quoniam ſe non cognoſcere promit.
Aliger effuſſo ſed poſtquam plena rubore
Ora notat, rurſus ſolito ſic fatur amore:
Ne timeas, ait, en tibi Spiritus vmbrifer extat
Sanctus, & ipſe ſuperveniet, virtutequè tali
Concipies vtero, Virgoquè enixa manebis:
Ruris eris frondens, tantummodò rore ſuperno,
Flos, & aratoris cui non ſudore neceſsùm
Eſt; paries Natum tranſacto tempore noto,
Cuius nomen erit Ieſus, quia nomine tanto
Terra cadet ſupplex, Cœli flectentur & orbes,
Et tribuet cultum, merito que fatebitur Orcos.
Filius, æterea Patris non exul ab Arce,
Ortus erit, genuit quem cuucta, Altiſsimus, antè
Sæcula, Diuina genitum tantummodo mente;
Sicque vocabitur, ex te quamvis tempore natus.
Rex erit in terra, Dominus donabit & illi
Eius regna patris Dauid, propriumque ſedile,
Diligit atquè domo Iacob regnare per æva.
Cuncta Deo cedunt Domino, nihilumq̃ repugnat:
En cognata ſenex ſexto iàm menſe tumeſcit
Eliſabeth, ſterilis, quondàm, nunc lege ſoluta.
Noctis erat medium, pendebat ab ore venuſto
Iam ſolamen humi; dictis & corde retentis,
Sic verecunda loqui cæpit, non viribus orba:

Ecce

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ecce anci a Dei, fiat ſacrata voluntas,
Ipſius ec, iuxta verbum, promiſſa Potentis
Protinùs expulſo fiant mandata, timore.
Aera rupit ovans audito à Virginis ore
Ales reſponſo. Et ſolito perductus amore,
Humana induitur Dominus tunc carne ſub extis
Virgineis, humiliſque latet virtutis origo,
Ille quidem, quem cuncta Poli vix fabrica cepit,
Factus homo æternà Patris deſcèndit ab arce,
Virginis & parvo gaudet ſub ventre latere.
Occupat ipſe ſinus, & Matris viſcera rorat
Pura, velùt fieret rorato vellere ſursùm
Æthereà pluvià; ſic de Cœleſtibus aris
Candida clauſtra Deum ſaltèm tetigiſſe fatemur.
O quantis opibus diues natura reſultat
Noſtra: modò ſecum iungit materna facultas
Virgineos thalamos, nunc & Salvator adhæret
Noſtra indutus carne; Deus nec deſinit eſſe;
Vtraque ſuppoſito natura, & ſubſtitit vno,
Acceſsit que homini requies optata laborum,
Voce pià laudemus eum, quem cauſa coegit
Noſtra, ſuum nimiũm quod iàm monſtraret amorẽ
Omnia vincit amor, ſi virtus præſtet amantis.
Protinùs alma Parens ſponſo comitata, remotas
Ire vias egit, nemoris què cacumen adiuit,
Quò mora nulla ſuos, videat ſenioris vt ora
Cognatæ, greſſus retinet, feſtina ſed arva
In longiqua tetendit, vbi coluiſſe fatemur

Eli-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Elisabet; tumidus nec obest tùnc venter eunti,
Vt grata occurset, nèc obest gravitate senectus;
Instimulat quià fama pedes, seù sanguinis arctus
Nodus, amore trahens oblatū pectus ad aras.
Fœtus quippè notas hominum venisse salutem,
Exhibuit saliens, & testificatur adesse
Lætitià Genitum Patris sub ventre iacentem,
A quo suscepit Cœlestia dona puellus,
Esset adhuc imis Matris dum parvulus extis,
Magnificat cognata Deum; mox laudibus effert,
Quam Geniti Matrem nouit sub ventre latentis:
Sis (dixit) Benedicta, genus muliebre venustas,
Tu gentes intèr Benedicta vocaberis omnes,
Atquè tui ventris fructus benedictus in orbe.
Cui, sua dum Virgo summè patefacta videret
Dona arcana Dei, submissà voce profatur.
Spiritus exultauit enim, Dominum que salutis
Magnificat, quià me Cœlo respexit ab alto
Ancillam, proles ideò dictura beatam;
En mihi magna Potens, fecit; laudabile sanctum
Eius nomen erit; pius est metuentibus ipsum,
Extulit indè humiles, iecit de sede potentes,
Impleuitque bonis inopes, dites & inanes
Dimisit; miseros què suum de stercore duxit
In Cœlum; Benedictus sit, quià sæcula legit
Nostra, quod ad Patres, eius proli què locutus
Sæpè fuit, semetquè per æva futura daturus,
Magna facit, qui cuncta potest, & cuncta gubernat.

Ne-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

exus Lun ſilens Cœlo tèr Sole peregit,
Cum promiſſa patent elapſo temporis oſto.
Eliſabet, ſterilis diſtruptà lege, puellum
Virgineo peperit gremio, iucundus & infans
Natus humi, nouit Cœli cunabula primus.
Vox erat hic infans, & Patris reddidit ora
Muta, loqui què ſenex dum cæperat, ortum
Nouit habere Dei comites in limine primo
Sorte manus, tremulo cui nomen & ore locutus
Impoſuit; Ioannis erit ſub Numine gratum,
Protulit; hinc lachrymis vultus per lumina fuſis.
Rura ſtatim Præcurſor amat, quæritquè puellus,
Queis Dominum digito mòx teſtificetur, & ore.
Arva Colonus agit, luſtrat Iordanis ad oram;
Atquè dapes renuens, epulatur melle locuſtas.
Hoſpite digreſſo, nexis per colla lacertis
Rurſus, iter faciunt, electo tramite, chari
Conſortes; ſponſus mitis comitatur Achates,
In patriam, quà Sacra Domus, rediere; ſed arva
Deffeſos artus nimiùm ſalebroſa fatigant.
Pace fruebantur ſedatis fluctibus; intus
Cum fortuna citò citat invidioſa fideles.
Bella mouent ſenſus, ſponſum noua cura moleſtat
Coniugis intactæ dum vidit tegmina ventris
Erigi, & hinc vaſto dubiorum gurgite merſus,
Heu titubat, dubitaſtè tamèn mòx pœnitet ipſum:
Signa videt, ſed adhuc eadem, mens, viſa recuſat;
Noteſcit nouitas, ſed non arcana patebant;

Vir

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Virginis àn liceat charos dimittere vultus,
Perpendit timidus; metuens nec forsitàn audet;
Alta fides exacta metum depellere tentat;
Turpe, suo dubium non suppo suisse pudori,
Cogitat; ad sponsam rursus se flectit amatam:
Illud enim potius Cœlesti numine factum
Credit; coniugis excelsà virtute vigescit;
Pronus & antè Deum curas fidenter abegit:
Membra sopor subijt tanto deffessa labore;
Concubio simulacra tamèn volvente diurna;
Aliger eccè patet, nodum qui solvat amantis,
Quælibet vmbra tuo (dixit) surrecta timore,
Absit; & vxorem sine crimine suscipe puram:
Munera venter habet, quæ spiritus attulit almus,
Coniugis, & curam Diuino Numine verti.
Annuit Aligeri verbis, somno què solutus,
Perpensisquè notis iterum, miracula credit
Ales quanta sibi prædixerat antè; priusque
Credere se (dixit) fieri, quæ posse negamus;
Mobilis aut primi conuerti posse retrorsum
Cursum; siuè Poli numero subiecta manere
Sydera; vel prius occursari signa per orbem;
Crimina quàm credat, casto retinenda pudore,
Coniugis electæ; dubij memineste nec audet:
Huic que dedisse fidem potius iam purus abhorret;
Et venerator adorat, quam reverenter agebat.
Suscitat extremis fœturæ mensibus aures
Cæsaris edictum, patrios quod fortiter vrget

Con-

(c) 2007 Ministério de Cultura

onnines vocitans calcantes littora puri
Iordanis, iubet & census persolvere quemquam;
Invitos etiàm cogens formidine pœnæ.
In que domum, qua quisque oriundus, adiret avorũ.
Consortes parent, nec iussa resistere quæstus
Vnquàm paupertas potuit. Dauidis in vrbem,
(Cuius erant generis) læti petiere libenter;
Nec solvuntur lege, licèt sint lege soluti.
Rura legunt, penoris lati non membra molestat
Pondus: sed potius teneris infesta lapillis
Fit pedibus via: non manibus portare tributum.
Vesper erat, nox imbrihus atra propinquat, eosque
Territat, occasu Solis tum temporis, vmbra;
Vrbis enim pinnas astrorum lumina pandunt.
Deuenere Bethlen, quò fortè maneret avorum
Nobilis illa Domus, Regum stipata coronis:
Deficit hospitium: pietas inventa propinquis,
Nulla fuit tunc; privatusquè supremus aprico,
Pervagus orbe puer, nullo tutamine gaudet
Occlusis foribus, durato & corde suorum.
Non Augusta domus legitur, quæ gloria vanâ
Romanis fuerit, sua vel vecordia Teucris:
Solum consortes optant algore tueri,
Siuè Nothi rigidà, nec non Aquilonis ab ira:
Pandite ei portas, & viscera pandite vestra,
Quem, semèl admisso, pulsum lugere potestis.
Tandem quò fortuna tulit, duxere coacti
Frigore, vbi veteris muri suscepit hiatus,

Scæ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Scæna cubile boum, palearia aut portieus vmbra
Interea mediam diuisa nocte secabant
Astra palestram; fulgebant & Pleiades vmbris;
Ingentes, & hyems monstrabat frigida vires.
Tunc qui fine caret, properat festinus ad ortum,
Æternusque Deus resonat per rura creatus:
Immortalis enim, mortalis traditur Echo,
Natus homo; sua quem Mater genuflexa recepit,
In que suas Puerum sperantes transtulit vlnas.
O fælix lætare Parens, quem Virgo tulisti,
Nobis, Virgineo candore manente, dedisti:
Nec rubus vritur igne, sed integer vndiquè fulsit.
(Quid quid amoris erat, sublimi corde ferebat:)
Sint mihi, Nate, pedes, tribuã quibus oscula; nodus
Si non sufficiat Maternus vt osculer ora.
Porticus arcta nimis, plus susceptura libentèr,
Vix pelagum celsi tantum capiebat olimpi:
(dicere sic liceat) Cœlum descendit ab alto,
Terra vel ascendens, in Cœlos appulit antos.
Gloria sit Domino, pax & mortalibus orbe,
Angelico cætu, cecinit, comitante ministro,
Virgo. Pauperibus corpus revolubile pannis
Involuit fusis lachrymis: non posse cadurcis
Luget, & hinc puerum fænili stramine ponit:
(Pauperie natus gaudebit semper egenis)
Irrigat is fænum recubans, algore sub actus,
Vagitu, lachrymis que suis mundare capessit
Quas nobis maculas radicitùs esse notauit,

Plo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aſtra illa der, atquè apocha gaudebo reatus:
Lætantes tollant homines ad ſydera palmas,
Ecce patet Rex, qui mentis ratione gubernat
Orbes: huic laudes, huic & geminentur honores:
Vnicus eſt Natus, Verbum què ab orlgine Patris
Æterni, Sacro nutritus ab vbere Matris.
Fulgidior ſolito luſtrauit Lucifer orbem,
Effugère vmbræ, patuit què cacumine noctis
Splendor; nox tamèn in tantis ſulgoribus alget.
Agricolæ titubant, viſo & ſplendore vacillant;
Somnifero que thoro (forſan quem fronde pararãt)
Contempto, ſurgunt cedentes pectora pugnis.
Ales eis miſſus, nemoris que à culmine fatur.
Heùs ò vos, heùs, en vobis magna indico Cœli
Gaudia; veſter enìm terra Salvator adhæret,
Ipſe algore riget, veſtro lique factus amore:
Ite, videte locum, præpes comitabor & illuc.
Obſtupuere; nimis que latentia guttura pandunt;
Et cantu rudito, ducunt quo armenta per agros,
Pulſatis calamis thiaſus perrexit agreſtis
In ſtabulum, ingreſsi què ſacrà cum Matre puellum
Invenère, ſuo & rurali more ſalutant,
Quidque loqui deceat puero, medidantur hiulcè.
Parturienti dona (manus non vènit inanis)
Obtulit apta cohors: calathis ſic ova ſalignis,
Gallinas que iuvencas, quas comitantur opimi
Hædi, pomiferi rami, ſeu poma caniſtris:
Donis què oblatis, iterum ſaltatio cæpit,

Et

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et rediere, manu pulsantes tympana læti.
Mobilis ad cursum primi, lustrauerat auras
Lumen, bis que quatèr luces geminauerat orbis,
Atquè tenella caro, gladio perculsa, Puelli,
Redditur exanguis, prolis terrestris amore.
Quos amor excessus pateris! fuso què cruore
Diuidis extremos charà cum Matre labores!
Acceptà què manu pharetrà, transfigere corda
Diligis expulsis placidis ad nostra sagittis!
Dulce fuit puero, nimiúm venerabile Cœlis,
Impositum tunc nomẽ, quod super omne putatur:
Est igitur JESVS, nomen quod terra veretur;
Antè quod & mittunt, flectentes colla, coronas
Cœlestis Seniorum turba; ruuntque potentes:
Alite prædictum conceptus tempore, quandò
Summi iussa Dei pronus patefecerat, antè
Virginis ora sacræ. Veniunt & Solis ab ortu
Alongè Reges, eiusdem sydere ducti,
Munera portantes supremi Regis ad sedes.
Thurifer vnus erat; flavum portavit & aurum
Alter: postremus mirrham libavit amaram.
Vota tamèn Natum constanter muta loquuntur,
Esse Deum, Regem que simul, mortisque labores:
(Omnia viscеribus servabat Mater in imis,
Oblatum que statim munus partitur egenis.)
Transierant excelsa Magi per tecta superbi
Herodes, Nati qui auditâ voce Puelli,
Invidus, internis & felle virentibus extis,

Re-

(c) 2007 Ministerio de Cultura.

Regibus ipſe notas Pueri commendat, iturus,
Quò ipſius Regis geſtamina pronus adoret.
Nuntia ſed moniti nolentes verba tyranno
Ferre, ſuam fugiunt, diuerſo tramite ducti,
In patriam; ſed is vlciſci promiſsit acerbus.
Tempore pòſt partum, conſuetà lege, peracto,
Lege ſoluta licèt, perrexit lege ſubacta
In Templum Virgo, vt puerum genuflexa litaret.
Occurrit Simeon, gelido iam ſanguine conſtans,
Vlnis ſuſcepit munus, nouit que ſalutem
Ante paratam ſæcla, ſuis cubitare lacertis,
Vt lumen populo, tum gloria gentibus eſſet.
Gaudet enim, quià ei quondàm promiſſa ſequũtur,
Non ſe viſurum mortem, niſi viderit ora
Amplexi pueri, iàm cuius amore calebat,
Ac veluti Philomela neci vicina, per auras
Venturam mortem proprio modulamine, pſallit.
Ipſe pari cantu dimitti flagitat indè,
Nam toties optata ſibi properauerat hora.
Ante Altare Parens binas candore columbas
Obtulit, & candor libantis munere fulſit;
Pauperis atque inſtar, ſi clis de more redemit
Quinque; futura ſenex dum Matri dixit, acuto
Hinc ſua venturo transfigens corda dolore.
Vtitur humanis, conſtat qui poſſe ſupernis
Auxilijs, ſua dum vitare pericula curat.
Alite nàm monitus Ioſeph cum Matre, puellum
Duxit in Ægiptum profugus deſerta per arva.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vrgèt opus, turget que metus, quia prævalet ira
Herodis sævi, puerorum colla minantis,
Vltor vt inveniat puerum, quem quærit acerbus,
Impiger & gladios puerili sangui ne tinctos
Obtusos acuit; tanti nec corda Tyranni
Mollia, vel lachrymis possunt, vel strage videri,
Dura nimis potius redduntur sanguine fuso:
Alba sed hinc luctus semper monumèta manerent.
Pròh facinus! Pròh Regis detestanda facultas!
Ævis facta iubet nimiùm spernenda futuris.
Affectus profugi persentit Virgo puelli,
Eius vagitum sedat, mox vbere mulcet,
Iugera dum pervasit eques lapidosa viarum,
Sospes, & accessit, calcato littore Nili,
In muros vrbis, puero, quò, sospite gaudet;
Hospite cum trino lætatur Memphis adhæsio,
Eijcit & Reges alios de mente profanos;
Dumque fores aperit, moles que arguta dehiscit
Barbara Pyramidum; simulachra & vana recedunt,
Vel lacerata, suis pedibus deiecta, teruntur;
Aut Barathrũ subeunt, gemitus quò militat angor.
Cuncta Poli maior girauit signa Planeta
Cursibus in septem, lustrato crinibus orbe,
Extorres que labor consuetus, vtrumque coegit
Exercere manus, peragant nè tempus inane.
Intereà postrema accesserat hora Tyranno
Herodi: ver vènit, dulcis & aura iuvabat,
Iam madida aruerant Puerorum rura cruore,

Soli

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sonque positis fulgebat nubibus iris,
Mundus & Augusta gaudebat pace per orbem:
Ales & in patriam monuit se posse redire:
Quò penori rursus duri redière labores;
Quippè vir ærumnis sudorem subditus auget
Vultus; ligna miser, fuerant quæ falce dolata,
Perforat aut terebro, seù scalpro vexat acuto,
Escam solicitus quærit, dum viribus audet,
Vt Matrem, Puerumque cibet: mirabile dictu
Artis erat muntus: consuetus vertitur ordo
Orbis: alebat homo, totum quem providus orbem
Pascitur, oblitis non terræ vermibus imæ,
Appliciti madeant artus, non irritus vrget
Membra labor, grandi si sit mercede solutus.
Non nè labore sito sua porrigit oscula Nato?
Cantica vel miscet quandoque, in Virgine fixo
Vultu: dantur enim meritò mortalibus ista?
Annum post decimum, Puero numerante, secundum,
(Lustralis totidem maiori lumine Cæli
Astrorum signis, motu quo flamina vitæ
Metitur nostræ) venturo Paschate, pronus
In delubra Dei subijt, celebraret vt aras
(Quo quoq̃ contigerat sibi sponte subire quotanis)
Patribus indè simul Puerum comitantibus, vrbem
Ascendère: sed accessum coniuxerat vnà
Pascha Hierosolimis, cætus, qui limina circùm
Vrbis erant: à Templo declinare seorsim
Sexus, moris erat, proles quemcumque legebat.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hæc inter turbas ſpoliauit cauſa Puellæ
Patres; alterius comitem quià quilibet eſſe
Perpendit Natum: deffectus acerbat vtrumque:
Quæſierant conſortes vaſta ſuburbia triſtes,
Scrutatis domibus, quibus hinc ſcitantur, & illinc,
An nè ſuum ciues vidiſſent forsàn amatum,
Cuius adeſt oculis ſinceræ forma columbæ,
Et facies rubicunda, niuis permixta nitore;
Taliter, & flentes vicos fortaſſe rigarunt,
Ter luces noſtri geminavit Lucifer orbis,
Queis placuit Puero gremium fugiſſe Parentum,
Amborumque oculos totidèm maduiſſe, putandum
Eſt, fuſis lachrymis, quorum nihil imbribus obſtat,
Deficeret potius notus pro fontibus humor.
Mos erat antiquis Templo per feſta gregari
Gentibus acceſsis legis documenta daturis:
Conuenère modò quondàm ſubſcripta docentes,
Et quæcumque tubæ ſuperi dixere Prophetæ.
Venturi Salvatoris, tum temporis, horæ
Enumerant, nequeunt ſed concordare periti:
Eſſe procul, quidam certant rationibus ægris,
Adventum, venturum maieſtate putantes,
Non que ſibi conſtare ſatis veniſſe patenter.
Oppoſitum, dicunt alij, promiſſa docere:
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.
Hæc puer audierat, mediæque acceſſerat aulæ,
Ora pudore rubent Diuinæ ſtirpis alumno,
Quodque ſibi liceat quidquid certamine dicat,

Poſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Poſtulat, & fari media ſic orſus in aula.
Dupliciter ven iet Dominus, mundique Redẽptor,
Omnibus eſt notum quondàm dixiſſe Prophetas:
Maieſtate, fer unt, veniet, dum iudicet orbem,
Alta que tellu ris tunc fundamenta tremiſcent,
Sydera ſigna dabunt, maiora, & lumina Cœli.
Sed pr ius, affirmant, veniet manſuetus in orbem;
Expedit humanæ quia ſic prodeſſe ſaluti,
Tunc humilis, tunc mitis erit, morta lis & ortus;
Cuilibet adve ntus iàm iàm conſtabit vterque.
Et veniſſe (Pa tres) Cœleſtia ſigna priorem,
Fœdere ſub pa cto, fuerint ſinè voce locuta.
Nec ptocul hi nc Reges Orientis, ſydere ducti
Enati Pueri Cœ leſtis, ſigna dedère.
Obſtupuère om nes, intentique ora tenebant,
Vera que tunc mu lti tenerum dixiſſe puellum,
Et meminiſſe, fer unt, alij ſignacula noctis
Edita, quæ quond àm non fortè fuiſſe peracta.
Præſenti quam v is, caligant lumine docti,
Mirati que roga nt, Pueri de mole puſilla,
An propriæ forsàn Matris didiciſſet in alvo,
Vel foret acce ſſus venturus forſitàn ipſe.
Cumque ingreſſa Parens Domini delubra fuiſſet,
Invènit Puerum (quò diligit eſſe repertus)
Candidaque ipſius poſtquàm demulſerat ora,
Permiſtas lachrymis geminavit chara querelas:
Cur gremium fugiſſet (ait) quanto que dolore,
(Eius Patre ſimul lachrymis comitante genarum)

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sedula per totam (dixit) perrexerat vrbem;
Molle fuiſſet iter tecum, te abſente, moleſtum.
His, alijſque Puer, poſtquàm madefacta Parentis
Ora ſalutaſſet: vobiſcum (protulit) adſum;
Si ſequar indè priùs celſi mandata Parentis,
Quæque ſuum terris dignum teſtentur honorem:
Aùt tenebris alitèr tellus imbuta manebit.
Expedit vt cernant oculis, quem fortè putarunt
Eſſe procul; Patribuſquè optatam fœderis horam
Iàm vèniſſe, fides & qua veneranda vigeſcat.
In charam rediere domum, quò munus obire
Egit quiſque ſuum; dum maior lucifer orbis,
Clara feneſtra Poli, Sol inquam, luſtra peregit
Quattuor (inceptum tibi ſi numerare peractum
Nùnc liceat) ſed eis Patres tacuère vetuſti
Geſta à coniugibus; calamis nec verba miniſtrant
Quidquid ſufficiat, ſed deffectura recedunt.
Hoc ideò codex foliorum molle puſillus,
Laudibus obrueret, geſtorum gurgite merſus,
Ipſe foret quamvis calamo conſcriptus acuto.
Cedit enìm tot ſigna, tot & miracula fando,
Sit que modò gratum factis poſtponere verba,
His, bona nè reddamus deteriora, loquelis;
Dicere ſi leni prenſaſſem carmine facta,
Terra qaibus, Cœlum que foret cõſtricta papyrus.
Mollis arena priùs mundo numerabilis eſſet.
Pro cunctis oraſſe (loquor) mortalibus orbis;
Nèc dubites; videas Canà miracula tædis.

In-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ẹntem, Regina tuum renovare dolorem.
(Sit licèt humanæ ſpolium memorabile culpæ)
Nollem: perpeſsis ſtupeo, vox faucibus hæret,
Nec ſiccis oculis poſſum, quò carmina ducunt,
Ire modò; mihi ſi cæptum ſervare tenorem
Iàm liceat, cauſæ potiùs fragmenta referre.
Vrget opus; forti tenuantur corda dolore,
Quidquid ego narrare velim, tu experta tuliſti
Viſceribus totiès, quotiès exterrita pœnas
Infandas Natum (cauſam me dante protervo)
Corpore perpeſſum, te illic ſpectante, fatemur.
Tot Iudæa manu, quot ſuſtulit ipſe dolores,
Infixit, poſtquàm ſociorum proditor vnus
Authorem vitæ, promiſſo tradidit ære.
En poſtquàm nudis pedibus luſtraverat vrbes,
Vt terram doctrinis fœcundaret arator,
Obſitus atquè fame inſidias luſiſſet Averni,
A cæna, ſocijs & diſcumbentibus, hora
Cumque propinquaſſet, Patrem qua viſeret altum,
Quà què ſuos, quantò monſtret, liquefactus amore,
Diligat; is decrevit ſe ſubeunte manere:
Atquè modum quæſivit Amor, cui grata voluntas
Hæſſerat; accepto, & manibus nunc pane peregit;
Et poſtquàm benedixit eum, fregitque, deditque;
Se obtulit ipſe cibum ſocijs aſtantibus, atquè
Mox calicem paritèr poſtquàm benedixit, eiſdem
Exhibet in potum, ſpecie velatus vtràque:
Panis vbi (qui panis erat) remanente figura

So-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Solum, Corpus adeſt Domini; eiùs Sanguis & rm
Deficiente, latet, vino, tua pocula complens:
In nobis que manet ſic, nos que manemus in ipſo.
Nox erat illa minax, nitido qua lumine plena
Luna fuit teſtis, Cœli de vertice ſummo;
A cæna, & pedibus ſociorum pelve fricatis,
Tunc Natus, Regina, tuus comitatus in hortum
Vmbriferum ſubijt ſocijs, genuflexus & illic,
Ter pronus Patrem largo ſermone precatur:
In mentem ventura modo ſubiere flagella,
Sputa, alapæ, Crux, & ſpinæ, reliqui que dolores,
Quos madidum corpus prompſit ſudore cruento.
Traditor acceſsit: tenebrarum principis iræ
Traditur, & vinctus manibus (quò ſpontè veniret)
Fertur ibi, humano tantúm perductus amore,
Vt colaphis cæſſus, ſperaret vt agnus, iniqui
Iudicis effattum, noto livore tumentis.
Mox Prætor lotas (invento crimine nullo)
Coràm plebe manus fœdavit ſanguine rurſus,
Subſcripta charta; qua dignum morte putarat
Authorem vitæ, contemptis legibus, almum.
Iudicis oſſa metus ſpolij conſcenderat ima;
Iactari cæpit dubius, tantoque timore,
Turbarum rabiem, tanti livoris alumnam,
Vocibus adſtantum voluit placare, coactus;
Deniquè prolatis cedens; ſignata columna
Suplicijs, qua tota domus ſub fornice nixa,
Intùs erat: Jeſum pedibus, manibuſque ligatum

Iuſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vaisit ibrieari, veluti quò servus adhæsit;
Miles & vndè, suis expertis viribus, ossa
Enumeranda dedit, trivit dum terga flagellis.
Purpurea chlamide indutum, fixaque corona,
(Livor quam spinis capiti subtexit acutis)
Sputis confusa facie, gestamine luso
Regis, vt indè locum sceptri compleret arundo,
Perplexis oculis, scissis, cum veste, capillis,
Coràm plebe altam Prætor subijsse fenestram
Iussit, forsitàn vt tantos miserata labores
Plebs de morte ratas voces sedaret obortas.
Proh dolor! impletur potiùs clamoribus aer;
Insonuere tubæ, tentant clangore ferire
Pectora: dura sed ipsa viam, sociante caterva,
Montis adire parant: humeris præponderat arbor;
Baiulat ipse Crucem socijs comitatus iniquis;
Sacri crura labant ingenti pondere ligni,
Ter que cadit, totidē que oneri succumbit anhelus,
Et tèr de terrà surgit calcatus iniquè;
In montem subijt, quò nudis artubus alget,
Atque pudore rubent, quæ subdidit ora ministris,
Vt confixa Cruci diri sua membra locarent:
Ista cruore madent, titubat que in sanguine lignū;
Crux erecta fuit, saxo que affixa cohæsit,
Arboreque in sacra pro nobis ipse pependit
Fructus, vt arboreæ cessarent crimina culpæ:
Sustulit illusus plebis convitia diræ,
Versus & ad Patrem pro peccatoribus orat;

In

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Intremuit tellus, maiora & lumina lugent
Deliquio Solis; tenebris impletur & aer,
Colliſi lapides, & Templi vitta dehiſcunt;
Vndique terror erat: vultus dant lumina ſignum,
Authòremque pati vitæ, fabricam vè reſolui
Mundi, cuncta ferunt, ſenſu que carentia dicunt.
Cæcus homo tantùm, duro tunc durior ære
Tot ſpretis ſignis, oculis caligat apertis,
Agni nec tanto mollitur ſanguine fuſo.
Lancea dira nimis, pendentis pectore fixo,
Tum mucrone latus, tùm cæci lumina, pandit,
Atque Dei natum miles, quem voce fatetur,
Pectore percuſſo manibus, mox pronus adorat.
Cuncta Crucem iuxtà Virgo lachrymoſa tuliſti,
Commoreris que ſimul, pendente ex arbore Nato,
Cor que tuum gladius nimium transfixit acutus,
Sed benè monſtrat amor quò pervenère dolores,
Nec ſimiles vnquàm mortalis ſuſtulit vllus.
Sed quò Muſa petis languorum gurgite merſa?
Anchora iam dulci ſolaminis æquore ſiſtat;
Gaudia præſentis ſint alba toralia menſæ,
Triſtia præteriti cedant & cantica luctus;
Sit tibi cura tamen penitùs nè à mente recedant.
Tertia poſt obitum Solis properabat in orbem
Lux, cum deſeruit, deuicta morte, ſepulchrum
Surgens, illuſis, Dominus, cuſtodibus eius,
Vt rurſùs Regina tuus ſurrectus in auras
Indè veniret Natus, humi tum victor adeſſet.

Suſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Suscipe blandítias, tanto solamine gaude;
En, lætare Parens, meritâ quem sorte tulisti
Ventre, fores Cœli clausas aperire paratur:
Surrexère Patres etiam pro pignore palmæ,
Quos secum confert, ducitque, à Sede laborum
Extractos: lætare iterum, lætetur & orbis
Nunc, quia luce sua fugient vmbracula noctis
Præteritæ, extollatque suas ad sydera palmas,
Ipse quidem scandat celsum licèt Æthera, mundo
Nobiscum remanet socius pro pignore Cœli.
Solis in Auroræ gremio ter quinque per annos
Cursus præterière, quibus laniata dolore
Officiosa vias Mater non immemor egit,
Queis operata salus, effuso sanguine Nati
Nostra olim fuerat; quibus & tellure manentes
Discipuli, acciperent tantæ documenta Magistræ,
Diuersa vt migrare valerent oppida docti,
Vocibus & mundus totus cesisset eorum.
Qua datur in Regno, cætu comitante Polorum
Æternas celebrare dapes, accesserat hora,
Et foret ex animo corpus sub morte diremptum.
Angelici cætus, pulso quasi grandine Cæli,
Descèndère modò Cœlesti pacis ab Arce.
Tum loca Discipuli, licet hinc longinqua vagantur,
Afflatu veniunt ducti fortasse superno,
Instabat quia tunc supremæ transitus Arcæ
In patriam (veluti quondám ditissimus Heros
Luitas, Salomon, proceres que gregavit in vnum,

Ali

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aligerùm quando ſub pennis tran ſtulit Arcam
In templum, illic vt ferrent holocauſta miniſtri.)
Sic quoq̃, non humeris tantum, procerumq̃ lacertis
Æthereos ſubijt thalamos aſſumpta, ſed inter
Cœlicolas fulget, veluti Regina gubernans
Militias Cœli, Regis ſolioque coruſcat
Diuinæ Triados manibus diademate cincta:
Angelicæ turbæ miſcentes laudibus himnos,
Exultant; imitemur eas ſine fine canentes.
O, Salve, Regina Parens, pietatis aſylum,
Spes, & vita ſimul, ſuperans dulcedine mella,
Celſior, & cunctis formà præſtantibus orbis.
Salve iterùm Regina, tuas clamamus ad aures,
Qui ſumus à patria extorres, primæ que parentis
Progenies fragilis, fœdæ pars maxima culpæ:
Ad te ſuſpiramus enim, flentes que vocamus
Hac miſeri à Nati lachrymarum valle gementes.
Eià Parens, iterumque Parens, huc flecte miſerta,
Atque tuos oculos ad nos converte ſerenos,
Et poſt exilium nobis oſtende benignum
Ieſum, Virgo, tui Cœleſtia munera ventris.
O clemens, audi pia, dulcis & alma Maria:
Cor ſatia noſtrum, faveas, quia plura ſuperſunt
Vincla reis, ſolve, & pro peccatoribus ora,
Vt ſic Cœleſti efficiamur munere digni.
A nobis in te requies inventa laborum
Sæpè eſt: Prolis, & humanæ tu ſola capeſsis
Curam; iudicis & Celſi deffendis ab ira

Hoſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tenebras expulsis, tenebras, & luce coire
Efficis. Eià Parens Æterni candida Verbi,
Filia Patris, Sponsaque procedentis vtrimque:
Huc propera, iàm nos intentis auribus audi:
Per te Cœlesti Dominus descendit ab Arce
In terram, vel homo portas ascendit Olimpi:
Duc nos incolumes, fac & servire libentèr
Virgo, Deo, vt coràm valeamus mentibus esse
PVrIs, VtqVetVas LaVDes sInè fIne CanaMVs.

Anno 1683

SECTIO SECVNDA.

DIVERSA EPIGRAMMATA INSERVNTVR ad Nativ. B. V Mar. titulo de los Milagros, in Iunonis Templo celebratam; aliàs Puerto de Santa Maria.

EPIGRAMMA I.

Redeunt Saturnia Regna. Virg. Egl. 4.

VIrgine cessabunt mundi, nascente. querelæ,
Cum nova progenies, Æthere digna, venit.
Palladis antiquæ destructa mente, coronat
Diuina ætates Pallas in orbe patens.
Aurea, quæ quondàm celebris, fæcunda redibit,
Qua què lupis diris agnus amicus erat.
Læthifer hac victus non insidiabitur anguis,
Sed fracto duram vertice repet humum,

Pro-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Producet fructus non tacta à vomere terrus,
Alterius granum nunc nèc egebit ope.
Campi flos, alieno vt sic sudore careret,
Nascitur, & socius flos sibi fructus erit.

EPIGRAMMA II.

Intactæ Palladis vrbem. Hor. 1. Carm. ode. 7.

NVmina cuiusdam quondam de nomine certant
Vrbis, sub cuius debeat esse manu.
Dat Neptunus equum cæsa tellure tridenti;
Pulsavit Pallas, creuit oliva virens.
Signat equus bellum, pacem promittit oliua:
Numinibus placuit Palladis istud opus.
Palladi cessit honor, ciues formosa capesit;
Vrbs que suo nituit nomine clara dato.
Iunonis Templum nostra de mente recedat,
Huic fautrix Vrbi Nata Maria patet.
Pulsat humum dum corda ferit, tum pacis oliva
Pullulat; atque Deo frugis opima placet.
Vrbs lætare, suà te sub ditione Maria
Dirigit; eiu sdem si tibi nomen adest.

EPIGRAMMA III.

Pacatæ ramus olivæ. Ovid. 1. de Pont. el. 1.

NVmivis in templo claudatur porta, bifrontis
Et bellum à nostra, Jane, recedat humo.

Pax

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ix properat nobis, & nuntia pacis in orbem
A charitum thalamo dote ſuperba venit.
Hoſtibus occiſsis pacem mortalibus affert,
Stratorum ſpolium ſub pede, pulchra trahens.
Accedtt victrix, ſceleris ſinè felle, columba;
Huic pateat cordis ſumma feneſtra tui.
Frondentem portat ramum fælicis olivæ,
Conſtat vbi charæ pacis adeſſe notas.
Indicat axillis mundi ceſſaſſe procellas,
Vt ſit ſub tanto vindice tutus homo.
Vt pietas oleo, viridi plerumque colore
Virginitas nituit: portat vtrumque manu.

EPIGRAMMA IV.

Caſtæ ſolvuntur Dona Mineruæ. Virg. in Ceir.

OCeani patris, Nimphæ, contemnite vultus,
Et Thetidis gremium ſolvite, dicit Amor.
Palladis æthereæ veſtris celebrate diebus,
Natale, & veſtrum cingite fronde caput.
Filia luſtrat aquas Tritonidis illa paludis:
Hæc Triados, Lethes, Nata, ſacrabit aquas.
Semper erit Virgo, quamvis peperiſſe canamus,
Virgineos ideò ducet ob orta choros.
A Iove ſupremo eſt ipſi conceſſa facultas,
Hoſtes propterea perdomitura manu.
E capite illa Iovis fuit, hæc eſt prodita ab ore
Supremi, Stygios vincat vt ore lacus.

Ægi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ægida ſit tibi teſtis, inexpugnabile monſtrum,
Vſta truncatum ſub regione ſitum.

EPIGRAMMA V.

Iam ſummas Arces Tritonia reſpice Pallas.
Virg. 3. Æneid.

SIcùt ab excelſo quondam deſcendit olimpo
Palladium, priſci quod coluère viri
Vt quoquè ſeruato, ſemper tutamen adeſſet
Ciuibus: amiſſo, nubila fata forent.
Non hominum manibus fabricata advènit in vrbem
Virginis, hæc palmæ vertice, imago patens.
E Cœlo hoc ſignum, credam, veniſſe ſacratum,
(Nec minor eſt miris, credite, danda fides.)
Deſcendiſſe, feram, vt noſtram defenderet vrbem,
A te ſervetur ſi inviolata, fide.
Vrbs à cuncto fiet inexpugnabilis hoſte,
Hoc & Palladio ſoſpite, ſoſpes erit.
Caſtra, manente ſuo, quondàm Troiana manerent
Horum ſed ſortem luſit avara manus.
Vt domus iſta (precare) ſibi ſit Regia ſedes
Perpetuò; retrahat iàm nec ab vrbe pedem.
Hoſtibus à cunctis, & nos defendet abyſsi.
Dum cuſtoditam viſcere quiſque tenet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA VI.

Bellica Pallas adeſt. Ovid. 5. Met.

Milles ad arma vocat, promittit teſſera bellum,
Clauſas pulſanti ſuſpicor eſſe fores.
Belligeras aperi portas, ò Iane, ſacelli,
Arma nova incipiunt: annule ſolve ſeram.
Naſcitur hæc Pallas, ſtygias quaſi terror in vmbras,
Moto, & tartareos territat en ſe lacus.
Induitur clypeis, varijs, & fortibus armis,
Falcato & curſu qualibèt ipſa ſedet.
Romanos imitans victrix præclara triumphos,
Candida Laurinà tempora fronde tegit.
Millia ſerpentum truncato vortice, curſus
Antè rotas augent parta trophæa, ſui.
Limina iàm calcat, celeres, veneranda, veredos
Hoſtili fædos ſanguine, portat ovans.
In mare ducit eos, vaſtis loturaque in vndis
Æquoreis, iſtà legit in vrbe ſitum.
Eià parate domos ipſi, non ara iuvencam
Indomitam voveat, pura ſed exta ferat.

EPIGRAMMA VII.

Iam hyems tranſijt, &c. Cant.

FRigida cedat hyems, gelido que ex ſtipite germen
Pullulet, & cedant iàm tibi, Nata, Nothi.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vt flos, de niveis, canis quæ parentibus orta
Efficies hyemem veris habere notas.
Fructus abeſt, vbi canentis viget arboris ætas,
Quem natura modum vertit avara tui.
Sol veniat, fugiatque tuo iam bruma, calore,
Et tumeat de cano iàm nova gemma ſitu.
Adveniatque novum ſpecimen, quod grata parauit
Natura; exter & hinc orbibus hoſpes cris.
Fulmina, te Nata, vates reſpiret Abyſſus,
Venturique gemat verbera ferre Dei.

EPIGRAMMA VIII.

Buccinate Neomenia tuba. Pſal. 80.

ACceſsit Neomenia, cui modò feſta parentur,
Eiuſque adventu buccina clangat ovans.
Cymbala dent ſignum, feſtinet turba choreis,
Dextra nèc aſsiduo cruſmate veſtra vacet.
Apparet Maria ſtatim quaſi lumine plena,
Plurima vt hoc ortu ſigna notanda forent.
Miremur Lunam primis fulgere Kalendis,
Cui prima eſt ſemper lumine caſta dies.
Magna licèt veteris conſervet lumina Lunæ,
Vt nova, deliquium nè patiatur, erit.
Oppoſito eclypſim patitur ſi Sole moretur
Luna, ſed hinc ſocius Sol ſibi ſemper adeſt.
Ora volutent elogijs, gaudete ſecundò,
Exigite vt tenebras cogat abire potens.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA IX.

Salutatem Mariam. Rom. 16.

SAlve Sacra Dei Genitrix fæcunda Maria,
Filia quæ Geniti, vix es & orta Parens.
Salve Stella maris, noctis Polus Arcticus vmbris,
Nautarum ductrix, carbasa flata regens.
Salve Luna micans, hoc solum digna cothurno,
Candida cui fulgens Sol tegumenta parat.
Salve Regina Aligerùm; salve diademate cincta
Diuinæ Triados, tempora sacra, manu.
Salve iustitiæ speculum, quo Solis imago
Ætherei radiat; quod sinè labe nitet,
Salve Pulchra nimis, stellis comitata secundis,
Vt bona, dum liceat, cuncta precemur, Aue.

EPIGRAMMA XI.

Ædificata est cum propugnac. Cant. 4.

BElla puella mouet, Castellum fulminat vrbis,
Occupat heù pinnas, sat peregrina, suas,
Affert in medium sua propugnacula victrix,
Prosit vt in bello, cùm quibus orta viget.
Mille patent clypei pendentes culmine turris,
Hostes nè adversus surgat inermis homo.
Arma vibrat, gracilis sint quamvis ponderis artut;
Non spernenda tamèn vulnera sæpè sua.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Omnis enim timor, vt caſtris, iam ciuibus abſit,
Vrbis præſidium ſemper in Arce ſedet.
Lucifer hoſtis abit, nec contrà bella gerentem
Quidquam, calcato vertice, preſſus agit.

EPIGRAMMA XII.

Acroſtioum, & Anagramaton Nomis MARIA.

MIRACVLORVMMATER

Mater Ave Genitoris, Ave alti Sponſa, *Maria*,
Incolumis Virgo: Filia Patris, Ave.
Pulchrè tuum à nobis nomen nos cogit *amari*,
Dum patriâ extorres dùm ſumus orbe ſiti.
Clamamus precibus proni, dùm punit *Amyra*,
Surget & audaces iudicis ira ſacri.
Procùl abſint vmbræ noſtri natalis *amari*;
Obſtupeat què tuà luce, caterva chaos.
Reſpirent veteris natali germina *rami*,
Virgo, die; & pateant limina celſa Poli.
Umbra tegat Sol, ſubſit candida Luna pedi, *aram*
Ore ſuo fabricent, ſint tibi & aſtra, comæ.
Arida cùm findat, peccati, viſcera, *rima*;
Tutamèn miſeris auxiliare veni.
Excutiam què metum, faveas ſi noſtra, *Maria*,
Regna, tuos famulos & ſupèr aſtra feras.

Hexametris ſolum, alterius vè iuvamine verbi
Vltima ſic nomen quinque elementa dabunt.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XIII.

Quasi Aurora consurgens. Cant. 6.

ECce Aurora venit, volucres proferte salutem,
Venturo & Soli nuntia verba date.
Erumpant flores, erum pat pullulus heruis,
Surgite, & Auroræ iàm reserate fores.
Psallite aves gratis, venienti reddite grates,
Affert quippè n otas candidioris avis.
Prævia Solis iter, non lucibus orba, parare
Pulchra venit, Solis luce levante moras.
Rustica discedat ruris quæcumque querela,
Vltrò nàm influxus messibus aptus erit.
Ostenso risu lætentur prata secundo,
Sicca, suo quoniam rore cadente madent.

EPIGRAMMA XIV.

Maria semper Mater. Sub elogijs Ecclesiæ.

MAter amabilis orta es Prudentissima Virgo,
Sola simùl partum Virginitate gregans.
Orta Parens superas naturæ pulchra tenorem;
Et pariens superas, intemerata simùl.
Non dùm Nata potes, nobis quem nata dedisti,
Largiri Puerum, sæcula & antè Parens.
Virgo manes sempèr cuncto admirabilis ævo,
Integra vt omninò fœderis Arca fores.

Stella

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Stella maris, nautas vt matutina ſalutes,
Naſceris, & Virgo iam veneranda venis.
Iuſtitiæ ſpeculum radiatum luce ſuperna,
Vt lumen mòx de lumine ſpontè dares.
Hinc Calices, hominumquè preces ad ſydera deffer,
Auribus, & clemens Virgo fidelis, ines.

EPIGRAMMA XV.

Acroſticum MATER AD MIRABILIS.

MAlitis Ave Virgo, mira, & mirabilis ortu,
Auxilium noſtris caſibus vndè venit.
TEtreſtris virga, Æthereis exorta viretis;
Et radice ſimùl flore, venuſta micans.
RAdde diem, & tenebras, formoſa vt Luna, fugato,
Aùt rutilis luſtra, Solis amicta, comis.
ADeſupèr aſpiciens Cœleſtis turba canorem
Miratur; tùm quæ ſis, ſtupefacta rogat.
MIn thalamos venturæ orbis, conceſſa facultas
Te cogente, fuit, Regis ab Arce, tibi.
RAlba para graphico, conſurgens, vbera Nato,
Et accifero què Deo, Patris ab ore dato.
ABIctus homo femur, Aurora ſubeunte, paleſtram
Et axat, & ipſe tibi cedere vota canit.
BIndè apocham per te lucramur fœderis; indè
Et emiſepulta hominum terra levata manet.
LIS

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XVI.

Egredietur virga, &c.

CÆleſtis curſus Phaeton cùm diuidit oſtum;
Et metam paritèr currit vtramque, dies.
Arida cùm Solis manſerunt arva calore,
Et quicumque æſtu flos populatus abeſt.
Poſt Nonas igitur menſis Septembris, vt inquam,
Anni cum Agricolis cura ſequentis ineſt.
Tùnc accenſus amore Deus terreſtria curans
Arva, calore fovet, nòn tamen igne cremat.
Tùnc flores vernare facit, tùnc germinat arbor,
De qua venturo tempore poma metat.
Vt ſic alterius reparet tem eraria pomi
Vulnera, quæ Domini proſpera fecit Amor.
De Ieſsè radice oritur quaſi virga Maria,
Flore ſimùl virgæ circumeunte comas.

EPIGRAMMA XVII.

Dei Genitrix Virgo.

GRatia plus fulget, fuerit quà proxima fonti,
Proximior què poteſt nulla, Parente, dari.
Fertilius loquitur mens, ſi ſtupefacta recedat,
Virtutem & ſileat, quam nequit ore loqui.
Virginis eximias meliũs cognoſcere laudes
Dicit, eas qui ſe dicere poſſe negat.

Quis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quis quis eam noſcit, ſe noſcet amare coactum,
Finis & ipſa ſui ſemper amoris erit.
Humanis ſimilis non eſt conceſſa poteſtas;
Iuſsibus atque Dei ſæpè ſodalis adeſt.
Si quæris nomen, genus id muliebre venuſtat;
Et ſi inter cunctas ſit Benedicta, tenes.
Pura Parens oritur, vitam ſinè labe meabit;
Nomen erit mirum, non ſuper omne tamèn.

EPIGRAMMA XVIII.

Salus infirmorum.

EN nova progenies Cœlo deſcendit ab alto,
Quæ nobis dulcis iugitèr hoſpes erit.
In terris oritur, ſubeunt ſua lumina Cœlos,
Vt candore ſuo luſtret vtramque domum.
Pulchra ſedet thensà, varijs circumdata calthis;
Et roſeo digitos ecce colore trahit
Ducitur incolumis ſeptem fulcita columnis;
Tot quià virtutum roborat orta choros.
Invenit integritas robur; ceù mala, pudorem;
Subiectum pietas, quo ſolidetur, habet.
Æquo ſi Deus auxilio tua vulnera curet,
Fæmineo ſceleri iàm medicamen habes.
Huic accede miſer vaſi, fontiquè ſalutis;
Dicet & in Cœlos hæc tibi quà ſit iter.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XIX.

Circa fluvium apparet.

ECce dies optata micat, qua clarus in vmbras
Dimicat auricomis Jupiter altus, equis.
Vicinos populos à somno suscitat ortus
Palladis æthereæ, luce replentis humum.
Oceani litus vasti iàm vertitur aula
Lusibus, atquè decens, molis arena, locus.
Palladi conveniant Diuinæ vota litatum,
Quæ genitoris adest Filia, & alma Parens.
Ore simul faueat quoquè præstantissima turba,
Laudes quisque suas, vt philomela canat.
Exaltate tubas, & vaticinamini indè
Fœtum, qui poterit terror in esse chaos.
Concipiet Virgo, & pariet, madefacta superno
Rore, velùt pluviâ vellus ab imbre madet.

EPIGRAMMA XX.

Quasi Aurora consurgens.

EX nævo facies, ex fructu noscitur arbor;
Ex orta Auroræ luce, venire diem.
Hæc luget transire dato fine munere lucem,
Æmula nàm Solis, lumina dantis, adest.
Vmbras orta fugat, vitam mortalibus affert;
Æternam què diem vel ptoperare facit.

Vet

© 2007 Ministério de Cultura

Vt Solis Paranimpha, ſuis induta cadurcis,
Luſtrat; & à fædis ſordibus ipſa vacat.
Vlla nè caſtior illà, quæ ſinè corpore, corpus
Nobis, labe viri deficiente, dedit?
Corde humilis, ſermone grauis, virtutibus æqua,
Electa eſt operi, quod meditatur Amor.
Gloria virtutes ſequitur plerumquè fugaces;
Inuitis nobis, corpus vt vmbra ſolet.

DIMETRVM IAMBICVM.

Ab initio & ante ſæcula creata ſum, &c.

Domum Deus perfulgidã
Sibi potenter fabricat;
Fœdo ſolutam vulnere
Originalis machinæ.
Adhuc nitentes Spiritus
Recogitabant Alites
Æternitatis littora
In mente Patris, abditi.
Nõ dùm chaos obſcuritas
Solis capillos viderat,
Suſſlaverat nec zephirus
Comas vagantes arborũ.
Adhuc q̃ Cœlum mobile
Sedebat intèr otia,
Nec motus eius cæperat
cum cæpit eius fabrica.
Profũda ſunt fundamina,

Vt fortis hinc evaderet,
Suaquè poſſet cuſpide
Muros Polorũ tangere.
Puella nobis cognita,
Et nata pro iuvamine,
Caput, manus, & guttura
Serpétis, eſt, vt frãgeret.
Benigna quãtũ convenit,
Vt bella carnis comprimat,
Et nos reducat Numini,
Pacem que noſtram conferat.
Fuiſſe puram pſallimus,
Et ſolis alta lumina
Ei frequenter cedere,
Cui nos canamus gloriã.

ALIVD

(c) 2007 Ministério de Cultura

ALIVD AMBICVM.

Est omne lux, & gloria
In huius Arcis fabrica,
In qua supernus Artifex
Dextram benignus apli-
cat.
Perfectione cæteris
In orbe factis præstitit.
Fulcita sacris viribus,
Fautrix vt esset gẽtibus
Opus peractum tempore,
Quo iussit Almus Salo-
mon,
Vt cesset ictus quilibet,
Nec rumor vllus affore t
Patentibus sic lucibus,
Candore ptæstans syde-
ra,
Maria Stella Cœlica
Ostenditur clarissima.
Caligo mentis pellitur,
Repletur hæc & gau-
dijs;
Nec nõ vetusta soluitur
Necis catena languidæ.
Pacis recepit oscula
Natura, nata Virgine,
Apparuit què veritas
Telluris orta culmine.

IAMBICVM DIMETRVM.

Ego Mater pulchræ dilectionis.

Maria David Filia,
In te refulget charitas
Præ cæteris excelsior
Virtutibus beantibus.
Hæc inter alta muneta
Apparet in te protinùs,
Tuumque pectus occu-
pat.
Vt grata fias omnibus.
In orbis orta terminis,
Et charitatis pronuba,
Vt sis medela vulnerum
Adesse

© 2007 Ministerio de Cultura

Adeſſe gaudes proxima. Deum facis deiçenere.
Nil Virgo te iam ſeparat Mortalis atquè in patriâ
Ab eius alto culmine, Aſcendit orbẽ deferens.
Sed orba felle, vt ſuſpi- Per charitatem filia,
cor, Dei parens què naſceris.
Colũba fulges iugiter. Almi q̃ ſponſa Spiritu,
Nos Mater alma diligis, Reginaquè omnis alitis.
Sacro que nutris vbere, Hanc Virgo iàm nos edo-
Sanos, vel ægros, quem- ce,
libet Qua ſimus vltrò ſuplices
Tuis ſub alis protegis. Nati Dei; non æmuli;
Cœleſti ab Arce ſyderum Sed diligamur invicem.

Miraculorum Virgo.

Lætemur huius Virginis ſervata carne debili?
Canendo tot miracula Et qualitèr Maternitas
Quot ducta ſacro nomi- (Miramini vos Virgines)
ne Servetur, & fœcunditas
Per lapſa geſsit ſæcula. Manente caſta Virgine?
In orbe fit miraculum, Miremur, & ſit quomodo
Quod prætèr vſus pro- A ſe, viro non cognito,
mitur, Puella prolem germinet
Vel vndè res manaverit Sancti ſub vmbra Spiri-
Nobis ſatis reconditur. tus?
Conſortis almo vinculo, Miremur omnes, Virgi-
Miramini vos coniuges, nis
ſit ſumma quare integri- Tumere ventrem can-
tas. didum,

 At-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Atquè eſſe ſeiñ per inte-
gram.
Dum pura prolem par-
turit,
Minore non miraculo,
Quẽ cuncta gignit, gig-
neret?
Suum que Patrem quo-
modo
Lactaret almo, & vbere?

IAMBICVM DIMETRVM.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt, &c.

Quid ergo vos miramini,
Dei Parens ſi, vt pſalli-
mus,
Electa ſit Diuinitùs,
Cum miſſus eſſet Ange-
lus.
Si Mater eſt Altiſsimi,
Cui facta ſunt quæ dixe-
rit,
Et cuncta mente fabri-
cans,
Creata ſunt quæ iuſſerit.
Miremini nec coniuges,
Puella ſi cum parvula
Se, & cuncta Cœlo con-
ſecrat,
Vivẽs adhùc per ſæcula.
Videte ſic vos virgines
Dùm poſt, & antè, &
tempore,
Si Virgo, partus extitit;
In vẽtre quẽ conceperat
Miremini nec integra
Servaſſe clauſtra parvu-
lum,
Qui clauſis ipſe Januis
Ingreſſus eſt Cænaculũ.
Vt Mater eſt amabilis,
Quapropter eſt, vt cre-
dimus,
Excelſa tòt quòt humi-
lis,
Beata cunctis gentibus.
Exempla vitæ ſumite,
Vobis q̃ ſit pro imagine,
Suos que mores diſcite,
Si vultis aſtra ſcandere.

SEC-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

SECTIO TERTIA

Fabrica Templis Salomonis describitur, eiusque devastatio Ægiptiornm sævitia.

POEMA EXAMETROM.

VLtima cum festinasset lux clara dierum
Dauidi, portas què senis pulsasset Olimpus
Morte, truci cunctis, plus sed senioribus æqua,
A cuius nequè Rex laudatur lege solutus:
(Transierat sceptri iàm quadragesimus annus)
Tradere gnarus amans Regis gestamina Nato
Funeris antè minas, recubans defessa gregavit
Membra thoro, Natumq̃ vocans, præsente cohorte,
Et procerum turbis, tremulo sic ore profatur.
O Salomon, Salomon, cupio te Rege statuto,
Hæredem sceptri, cultis virtutibus, esse,
Atquè Sadoc manibus, plebis sociante caterva,
Vngi: pace thronum quoque te subeunte, sedere;
Cinge caput, Regis trabeà circumdato membra,
Et resonent calami, repleatur plausibus aer,
Per què vias cives cuncti gradiantur ovantes,
Rex Salomon vivat, dicentes voce tubarum.
Sic mea, tùm Domini veniat facienda voluntas,
Atquè tuæ Matri quondàm promissa sequantur.
Diligo & insidias fratris sedare repulsi,
Quas Adonia in sceptrum suggerit invidus ipse

Cor-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Corda fovent cives, Regi, & parère pararunt;
Insonuit strepitu tellus, cecinère coronam,
Humorem què Sadoc de Altari sumpsit olivæ,
Civibus & coràm tùnc circumeuntibus vnxit
Regem. Rursus & interèa sonuère melinæ,
Rex Salomon vivat, referentes voce canora.
Aerias simùl exultavit turba per auras,
Lætitia & celebrant Patris mandata secuta,
Filius atquè novum moderamen sedulus infit
Regni, respicit à tergo nequè iussa Parentis;
Protinùs &, cultu servato, colla subegit,
Excelsum què iubet colere abs discrimine Numen
In montem subijt, plebis sociante cohorte,
Aram quò nemoris servabant gargara ahenam,
Et Moses, populi vt possent libare, locàrat.
Rex secum turbas, imitator patris ad Aras
Libatum duxit; cunctis se viribus offert
Antè Deum, supplex vitulos genuflexus & indè
Mille dicat: iam thuribulis Altaria fumant;
Exemplar què senum sequitur demissa iuventus.
Noctis erat medium, consperserat Hesperus vmbras;
Membra iacét, curas gravidus cum somnus acervat,
Et laxat, stupidis perfusis imbribus, artus.
Tùnc Deus in somnis Regi sic fatur ab alto:
Heùs Salomon, quodcumque petas cócedere vellé;
Si placeat, reliquis prælatus dotibus ibis;
Rumpe moras, & solve metum formose puelle;
Auxiliaris ero, pateat sic pignus amoris.

Cui

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cui Salomon: Domine, en defuncto patre capesso
Protensi Regni, populi, & moderamèn inermis:
Plebis ego plausu Rex, teque iuvante, statutus
Sum: plerumquè meo terris benefacta parenti
Plurima donasti; ò vtinàm famuli protector adesi s
Huius: divitias nèc amo: præcellere doctum
Diligo præ reliquis, iudex sine te esse dissertus
Non valeo: quis enim rectè, te absente, gubernat?
Postulo nec vitam, munus plerumquè caducum,
Vllius nec posco necem fallacis amici,
Supplex antè Deum placuit de corde libellus,
Atquè (simul bastis opibus) sapientèr opimat:
Non tellure tibi similis narrabitur ortus;
Nèc vir deficiet regnator prole tuorum
(dixit) si mandata Dei servaveris almi;
Tecum, & polliceor fieri promissa parenti.
Evigilat Salomon, noscitquè profata sub vmbris
Somni, tunc què genis gratus consurgit apertis,
Atquè Hyerosolimam petijt; quò fœderis Arca
Sacra manebat, Sion & sub tegmine vittæ
Servabat, pronusque offert holocausta frequenter,
Illic atquè suos servos se vindice, placat.
Cognatos populi, procereisque accivit in aulam;
Exultant dapibus, vasis dant pocula finem
Effractis, laterces, nèc non & murma per auras
Fusa parit bibulos, calcato limine Bacchi:
Principis aula ferè iucundo, murmure vulgi
Pressa labat. Regis subitò gestamina quandò

Bi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Bina novet meretrix; litis sed quælibet ansam
Quærit, & Infantis lugent miserabile funus.
Pròh dolor, in somnis extinxerat vna puellum,
Alterius què simùl certabat cautà futurum
Exanimem. Mater rationibus altera vivum
Esse suum profert; renuebat prima dolosè:
Nulla quidem solvit tanti certaminis ansam
Vivum quæque suum, repletà fletibus aula,
Litigat. Hinc Salomon visо certamine, litem
Componit medius, gladioquè secare puellum
Viventem iussit, divisi vt quælibet æquam
Portasset partem: mater cui vera resistit,
Plùs amat amitti, nato què superstite, laxat
Debita iura sibi; tradatur & integer illi,
Sæpius effusis lachrymìs geminabat anhela,
Carnificis gladium manibus retinère coacta.
Alterius Salomon siccos perpendit occellos,
Illud & excidium non abnutasse dolosam,
Sed potiùs puerum scindi contendere vivum.
Brachia carnificis quarè Rex detinet, indè
Nèc fætum nouit matrem peperisse cruentam;
Si peperisset, ait, scindi nequè viscera ferrent.
Servari què sagax viventem sorte puellum.
Iussit, & huic tradi, fulgent vbi signa parentis.
Obstupùere viri, Regis sapientia fulsit;
Vera parens gauisa nimis, lugente dolosa,
Mansit, & alterius gremio pendère puellum
Non renuit, proprij maneant dùm viscera nati.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eſſe manus Domini comites dant ſigna ſequenter,
Iugiter, & factis munus fulgebat Olimpi,
Pacificus cæpit tanti moderamina Regni,
Sacra què defuncti ſequitur veſtigia Patris.
(David enìm fuerat cum Patribus antè ſepultus);
Servatis que Aris quoquè, cuſtodire coegit
Pro latas populo leges, & pace virorum,
Sedatis querulis, egit ceſſare querelas,
Nec Patris legata memor poſt terga reliquit.
Cura farigabat Templi, quod ſumma poteſtas
Abuegat erectum manibus, pro ſtrage, Parentis,
Non operi ſacro digitos in ſanguine tinctos
Belligeri voluit; Nato ſed ſeruat adulto.
Antigraphus Dauid normam, quam ſuxit ab alto
Numine, gratus ei viuens porrexerat antè,
Vltima dum vitæ, gnarus, diſcrimina agebat;
Quaquè imbutus, opes Dauid quaſcumque reliquit
Contulit: argenti ſic ſeptem mille talenta,
Túm què auri puri paritèr donavit Ophiris,
Et generoſus ei plus quàm ter mille dicavit.
Sic lapides Onichos, Sardas, & Jaſpidis omne
Arte genus facti, gemmas, varijque coloris
Berillos; ſic marmora, marmoreaſque columuas,
Et cedros, Libani quas mons lactaverat, illi
Largitur; nec opes, quibus exoneravit amicos
Regnicolas, placuitquè ipſis offerre, pepercit,
Hi, lapides, aurum, tùm ferra, & ligna dedere.
Fungitur offitio; ſuctum de fonte ſuperno

Man-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Mandat opus, solers & curto tempore adauxit.
Iàm quatèr auricomo per signa cucurrerat Axis
In plaustro Phaeton; quarti sed mense secundo
Annorum sceptri, votum sub corde fovebat:
Gnarus vt incipiat, Legatum misit ad Hiram
Regnantem Tyro, iucundus suscipit iste;
Ociùs vt dextram donavit comitèr hospes,
Nuntius ista refert. Salomon, ditissimus Heros,
Ipse tibi verbis vellet misisse salutem:
Tecta Deo fabricare scias, vt iussa parentis,
Te què favente, etiàm Domini mandata sequantur
Sempèr, & agnoscens donasse iuuamina patri,
Te expectat paritèr nunc impigritate fauere;
Magna licèt fiat Domus, arte levata suprema,
Non condigna tamèn pro tanti Numinis Aris
Eius erit moles: vix possunt esse capaces
Terra, Polus, manibus què suis neq̃ cuncta creata;
His minus exiguum à nobis, pauperque ligellum
Existet. Morìa est operi locus antè dicatus,
Nec revocare situm, signatum patre, licebit.
Artifices operi plures tenet ipse vocatos,
Re cogente tamèn quod mittas postulat vuum
Aurificem modò; mitte auri cælamine gnarum,
Argentiquè: iube Libano de monte secare
Procèras cedros: famulos hortatur & ipse
Esse tuis comites, pretium præbere laboris;
His offert, operi tanto quia plura reqeiri
(Si fiant meditata sibi) per sydera testor.

© 2007 Ministerio de Cultura

Sic vt mendicus validis rationibus vrget.
Protinùs occurſans notum dat civibus Hiram
Legatum Regis; per nubes Jubila condit;
Gratus & ipſe Deo laudando verberat auras,
Davidis quoniam genus Æthere traxit ab alto;
Ex hinc què adiutor Regi promiſsit adeſſe,
Eius & impenſas quoquè conſentire recuſat;
A ſervis potiùs removet quod muneris antè
Rex promiſſerat; & famulos abiecit inertes,
Propenſos què ſuos non flexo poplite, curat
Iuſſa ſtatim parère, ſecantes ligna polita,
Huicque vacare fabros manibus, tùm corde, labori,
Gnaviter atquè rates cedris tranſmittere onuſtas,
Tum què ſaburratas ſaxis, in Ioppe capeſsit.
Ligna rates portant, inflabat carbaſa ventus,
Rubra ſed aura leuis quæcumque agitabat apluſtra;
Rursùs iter geminant, iterumq̃, iterumq̃ reverſæ
Æquoreos proræ ſcindebant cuſpide fluctus:
Quilibet optatum quærebat navita portum,
Cum Diuinus amor naùtas Palinurus adumbrat.
Cœpit opus Salomon Templi præ mole ſuperbum,
Turribus id varijs ornat, quæ cuſpide Cœlum,
Vel tetigiſſe putant, vel circùm tangere prenſant,
Sublimi tentante tholo ſuper aſtra ſedere.
Huius ſcintillam liceat narrare canenti,
Seù fragmenta modò: non eſt imbellibus æquum
Viribus omnia ferre; loquaces turba ſuſurrat.
Alta, effoſa priùs (ſi dixeris alta, profunda)
Fundamenta Domus, rupta tellure parantur;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et

Et mensuranti cubitis protenditur ipsa
Fabrica sex decies: viginti lata tumebat;
Ter que decem cubitis nèc non excelsa levatur,
Vndiquè tota intùs camerato fornice nixa.
Ampla sed antè fores monstrabat Porticus auras,
Et diuersa locis intrantum gressibus athlas,
Hic præstabat opem. Duplex, parilis que columna
Antè Domus erecta fores, sub mole fatigat
Tellurem, vna Booz levam, tenet altera dextram,
Iachin. Vt natura metrum, miratur & artem.
Quæque ab acis fulcita, Polum conscéde re prensat:
Vel caput extremum condi inter nubila Cœli,
Orbiculata tegunt celsum capitella cacumen,
(In partes potiùs divisus cernitur orbis)
Retia mira globos circumdant plena figuris
Arte laboratis, varijsque coloribus: vndè
Punica mala patent, nexis imposta catenis,
Ostensis sculpto granis sub cortice rubris.
Lilia tùm, maculas quæ complent ordine, retis
Apparent illic: alto què à vertice pendent
Funiculi septem vallantes corpora circùm,
Poma quæ in extremo pendebant serica limbo.
Ars artem superat, victrix non vlla manebit.
Quattuor alta Domus foribus constabat apertis,
Quælibet alterius iactatur norma fororis,
Respiciunt que quadras cœlestes; quælibet vnam,
Floribus & varijs, palmarum sivè figuris,
Aligerum que tono cælatis vultibus; omnes

De-

2007 Ministerio de Cultura

Desuper aurato conduntur tegmine pulchræ,
Solis, & hinc radijs perculsæ lumina ludunt,
Prætereuntis item nec non furantur ocellos.
Vndiquè cancelli ducebant lumina Solis,
Ipsius, & radios à prima luce salutant,
Aurea cum fundit roseos matuta rubores.
In gyrum pariter fastigia summa coronant,
Quas bifores optat Titan lustrare, fenestræ,
Ordine tum muris triplici tabulata cohæren t,
Immissisque cedri tignis, extrinsecus altam
Circumière Domum famulis & tecta pararunt.
Ars nec iners tabulas lævat, sculpsit què dolatrix
Sæpè. & diversè, lignorum viscere rupto.
Marmorei lapides, tùm Jaspidis, vsque deorsùm
A summo veniunt operi de monte parati,
Tàm cælaturis, quam digno emblemate secti.
Arte laboratos proprios compellat vbiquè
Quisque lapis nexus, sic, vt nequè murmura vocũ,
Vel fragor, aùt strepitus, fabricæ ductoribus, vllus
Auribus infestus, possent lacerare molesti;
Ictus malleoli nec fistucantis acerbat.
(Taliter artifices muros in monte catenant
Insona quod totum per tempus fabrica glisçat.)
Protinus est operi missus de monte lapillus,
Discors qui reliquis fugit laqueare catenam,
Cælatus què tholo, à latomis reprobatus aberrat:
Alterius lapidis mirè signata figura
Sacrum nexuri quondam mirabile templum,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

In caput atquè ſuum ſervaverat angulus actum.
Fornicibus camerata etiam fulcitur vbique,
His & convexis ſtelæ plectuntur opimæ:
Tum lapides murum nitido gipſantur ab auro,
Auratiquè cedri conduntur tegmine cuncti;
Nec lapis apparet, per totum ligna cohærent
Vndiquè: ſaxa ſoli, pariter que oracula Templi,
Cuncta dolata patent, varijſquè ornata figuris,
Et pariter ruſſo conſtat fulſiſſe colore,
Nec locus inferior pedibuſquè ſubeſſe, canori
Obſtat; enim potius flammas imitata nitebant.
Materiam ſuperabat opus, cælamina fulgent,
Luciferi què comas certant illudere ruſſas,
Atris & noctis tenebris imponere metam.
Delubri medium ſedes erecta tenebat,
Sublimis vè thronus, ſacratum Fœderis Arcæ,
Seu fragmen, dicam potiùs, de ſydere ſectum,
(Tanta Dei ſedes penetralibus eſſe decebat)
Conſtabat cubitis ſua moles vndiquè ſacra,
Viginti, ſuper & pretioſis tota lapillis
Arte maritatis, viſa eſt fulgentis imago
Solis; ſole què fulgidior ſummum Arca tenebat
Sancta locum, velat byſsi quam coccina vitta,
Non gemmata minùs, ſupèr & cõtexta hyacinthis.
Huic inerat plumata duplex Cherubinis imago,
Diuerſiſquè Arcam redimita coloribus ambit.
Humanas tetigiſſe manus vix credere vittam,
Fas erat, arte tonum tibi tùnc expẽdere comptum

Si

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Si licuiſſet: erat iubaris menſura micantis
Æqua; duplex pariter ſic circumſtabat vtrimquè
Alatus Cherubin, quos Rex conſtruxit oliuæ:
Ibat vterque decem cubitos èn mole per aulam,
Atquè aditum Templi facie ſervabat vterque;
Alarum extrema ſi iuncti cuſpide; muros
Extremis aliarum ſic tetigiſſe refertur;
Aeris & medij ſpatium repleſſe gigantes.
Arca ſedebat ibi alarum protecta ſub vmbra;
Hoc opus, hic canor eſt, operis ſinè fine corona;
Intùs & exterius pendebat gemma racemus,
Candidus, & laqueo gypſum præſtabat elenchus,
Aſtrifero què Adytum per totum tegmine fulget;
Huic illuſa vel aſtra modò dant terga nitori.
Intùs erat numerus menſarum panibus, auri,
Bis quinquè: hærebat latèri pars vna ſiniſtro,
Altera dextro; forma tamèn pulcherrima earum,
(Ordine ſervato quoquè) cernebatur vtrimquo.
Candelabra auri totidèm cùm forcipe puri
Hic ſtabant etiàm, ſervato que ordine dicto,
Sculpta lucerna, quibus fulgebat deſupèr auri,
Diuerſis què ornata tonis, quaſi floribus, ardent
Contrà oracula Templi; ſed ſuper aſtra metallum.
Electri centum phialas humoribus aptas,
Thuribuli, & comites nec non perfecit acerras:
Sic pilas, hydrias, numero què carentia vaſa:
Aurea cuncta patent, oblito cardine nullo
Portarum. Totum non enarrabile dicam.

Am-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ampla ministerijs duo præcisse refertur
Atria Deliuro; populo què licebat adire
Quod primum numerare velis tantummodò, sacras
Vt posset superi voces audire tubarum.
Interius placeat nùnc enumerare secundum;
Hoc Altaris erat sacrum plerumquè ministris
Accubitum: locus est, quo servabatur ahena
Obba lavacro, vas ingens, & fusile, cuius
Imis copia viscеribus fluitabat aquarum;
Pontus, seu mare dictum, huiusq extrinsecus alvũ
Duplex cælatura, boum constructa figuris
Obsidet in girum, sculptis & vultibus vnà
Aligerùm varijs. Scapulis cubitabat & obba
Magna boum, coguntur & hi fulcire lebetem
Subtus, sex bis erant operoso ex ære politi,
Respiciebant terni ex quattuor Ætheris vnam
Partem, sed mare subtèr eorum terga latebant,
Per caput elapso fluidi torrente liquoris
Marmoreis crateribus hoc strepitante frequentèr,
Lotus & indè Sacerdos purum in sancta parabat
Ingressum, quotiès ipsis ea adire licebat:
(Interiora quidem semèl exercere quotannis
Quondàm mos erat antiquis, tantùm què ministris)
Luteres etiàm, lotum vt libamen adesset,
Magnæ seu conchæ, medium servante lebete,
Hærentes lateri pariles cernuntur vtrimquè.
Ignis erat perpes supremo flamine ductus,
Qui negat accensus nostris & egere flabellis,

At-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Atquè domum luſtrabat ibi, ceù lampadis inſtàr,
Laudibus atque meis non indumenta carebant;
Flammigeri, ſurgebant ſub bombice colores
Diuerſis & acu Aligerùm plumata figuris.
Plura carent numero, meritis & vocibus ora;
Omnia erant miratu digna, tonisquè ſuperba,
Ars quia præſtabat tanto indulgere labori;
Ars quotiès artem ſtimulat, miranda ſequentur)
Lucifer intereà totum dum curſibus orbem
Luſtrauit ſeptem, fuit & per ſigna reverſus
Cuncta, Domum clarã Salomon perfecit ad vnguẽ;
Expertuſquè eſt Æthereum brevitate iuvamen:
Septimus intereà menſis quoquè venerat anni,
Solemnis què dies, in quà privata trophæi
Feſta parat, vocat & proceres, populiq̃ Choragos;
Accità iuvenum quoquè feſtinante caterva;
Conveniunt omnes, & iuxta tecta gregantur,
Incendi què nobis cæpit clamoribus aer,
Exhilarantquè faces optatum lumine fanum,
Huius & aras oblito coluère vetuſto;
Mactantur paſsim pecudes, Altaria fumant,
Regis ad exemplum geminato munere plebis.
Legiferam portant Læuitæ fœderis Arcam,
(Quà tabulæ, ſtrepitu magno, ſeù fulgure ductæ,
Conduntur, Moſes manibus ſub monte locatæ
Horeb; ſacrati nemoris cùm limina triuit,
Quaſquè iubente Deo notas effecerat ipſe)
Dulce ſatis, calamis flatis, dant organa murmur,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aſcenſo què throno, populo ſociante, locatur
Aligeri duplicis laterum ſubmiſſa ſub alis,
Egreſſum què foras citharis iuvenile canoris
Agmen agit paritèr celſum reſonare triumphum,
Et fremor in Cœlo aſcenſus de plebe recumbit,
Conſperſus què ſimùl molles ferit eminùs auras,
Himnos tota Deo ſacratos turba canebat,
Atquè Deum, Dominũ tantùm, ſic ſpontè fatetur.
Tu ſolus, ſimiliquè nimis tu dignus honore,
A nobis benedictus humi, veluti ſit in Æthra,
Sis, tu ſanctus eris venturis faſtus in ævis,
Qui memor es noſtri, ſempèr q̃miſertus adhæres,
Et tanto nobis verſaris fœdere Patrum.
Fumoſa caligine deſcendente per auras,
Caligant oculi, purus fædatur & aer;
Sed fulgore ſtatim veniente, per oſſa recurrens
Antè timor, ceſſat; cæleſtia lumina templum
Luſtrauère nimis, veluti ſi numen adeſſet,
Gloria ſiuè novam modò deſcendiſſet in arcem:
Expauidi nequeunt circùm ſervire miniſtri;
Obſtupuere viri reliqui, ſua pectora repunt.
Conſtitit Altaris cornu, turbis què reuerſus
Rex fatur· tenuère, intentis auribus, ora
Turbæ. Pollicitus Deus eſt habitare libenter
Nobiſcum caligine; veſter & abſit ab extis
Iam timor. Et flexis genibus, palmis què leuatis
In Cœlum, verbis permixta precamina fundit,
Celſa ſupèr gentes omnes ſis alma facultas;

Noſ-

© 2007 Ministerio de Cultura

Noſter es adiutor, noſtros ceſſare labores?
Sæpè facis, iàm vulnera noſtra medere miſertus
Errantumquè ſimùl ſemper ſis meta viarum.
Non oculos à me avertas, hoc ſuſcipe munus,
Quod me feciſti ſervum ſolidaſſe, priuſquè
Promiſſum Patri quondàm ratione negaſti:
Nec mora, protinùs èn iuſsis, te teſte, vacaui;
Te ſperamus enìm domui plerumquè fauere,
Nè meritos ictus nos perſolvamus amaros;
Orta fames fugiat, ſegetum què ærugo recedat;
Ros nec deficiat, quamvis peccata laceſſant;
Redde viros, & ſi captivos duxerit hoſtis,
In terram, quam tu nobis, Patribus què dediſti,
Portas ſi, populatis frugibus, obſidat vrbis:
Te fautore licèt non hoſtis caſtra timebo.
Ceſſat tantis per, dùm cernua turba perorat,
(Igne ſed à Cælo tùnc deſcendente repentè,
Combuſsit qui liba) nimis ſtupefacta receſsit.
Atra inſtabat enim nimium creſcentibus vmbris
Nox, & Amaxa Poli ſeptem fulgentibus aſtris,
Imbribus effuſis ſubmiſsà luce nitebat.
Laxa cadebant membra, ſuo recubare cubili
Optabant, vapor & ſungi iàm ſomnifer oſto.
Numen ab excelſis eſt túnc cum Rege locutum
Sic. Tecum cultum veluti cum Patre paciſcor:
Si populus de corde ſuo me pronus adoret,
Eijciat què ex viſceribus ſimulacra deorum:
Tu quoquè ſi iubeas mea cuſtodire fidelis

Iuſſa,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Iuſſa. Patrorum ſervabo, tua què in prole nepotũ:
Auſcultabor enim præmiſſa precamina plebis,
Et tibi quæ poſcis promitto fædere ductus,
Eliſis hominum plagis populantibus arva.
Si verò ignavus ſacras contempſeris Aras,
Concutias què iugum non recto tramite ducto,
Exul eris, ſimùl extorres iratus, & vltor
Indigenas pellam, orta fames, & conteret exta,
Vel ſegetes nebulis, vel agros populabor opimos,
Delubrum què mea penitùs de mente recedet,
Illud in exemplum cunctis pro ænigmate tradam
Æva què reſpicient tantùm ſtupefacta cadauer.
Rex fragilis mox, non tranſgreſſo tempore multo
Tot mandata Dei poſt terga reponit iniquus:
(Quòt trahit ærũnas, quot damna ſuperbia ſceptri!
O nequàm, ſed dulce nefas læthale venenum!)
Vxores duxit, Veneris què enodat habenas,
Et ſimulacra ſenex ſua depravatus adorat,
Thure Dijs què oblato, alienis immolat aris.
Vidit cuncta Deus, cui ſunt abſcondita nulla,
Iratus què ipſi ſic fatur, & increpat vltor.
Non nè igitur Regem, ſacras ſi pronus ad Aras
Thurifer halares, te feci? Non nè coronam,
Praue, huc vſquè tuam, ſceptro ſervare paraui?
Cur demens, à me facie fallaciter audes
Aversà, ſimulacra ignave, videre caduca?
Ecce ego diſsidijs, & ſeditione mouebo
Regna modò, ſervi pugnacis & arma reſurgent;

Euer-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Euerſis iàm ſola manebunt oppida muris,
Imperiumquè tuum manibus diſrun. pere iuro,
Langueſcét què domus. tua per tot geſta, tribules
Hæc faciam, tamèn ipſe tuis, te ſoſpite, Regnum
Annis ſervabo, Patris pro pignore amoris,
Hæredis verò regnantis tempore ſcindam,
Vna immuni eius tantummodo parte relicta.
Obſtupuit, terram que humilis reſpexit inorus,
Nil tremulus fatur, ſiccis vox faucibus hæſit,
Diuiſim què à ſede ſua cecidere lacerti.
Sole quadraginta curſus numerante per aſtra,
Rex totidem Salomon regnauit in orbe;
Imperij potuit magni dùm frena tenere,
Sarcophago què hærens eſt mòx cũ Patre ſepultus,
Succeſſor Roboan ſolium conſcendit herile;
Ocyùs ipſe tamèn rectas in limine aberrat
Sæpè vias, & conſilio contemnit egenus
A ſenioribus exhibitum, eſtquè ſecutus ephebos
Indigenas, quibus & cunabula prima peregit
Quandò ſuas dulces curas cùm turbine agebat.
O Roboan, Roboan, quæ te dementia cepit?
Sic præcepta patrum? Sic & contemnis avorum
Iuſſa? ſubactus amas iuuenum captare ſuſurrum?
Si ſtolidos ſequeris, ſtolidum te errare neceſſum.
Tolle iugum populis, tot plebis & excute pondus,
Hoc ciues petière, magis dimittis onuſtos
Sempèr eos: decet àn miſeris augere flagella?
Debebas humili ſic reſpondere libello?

Non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non tuba rullus clames ſit tòt fortuna timores
Inflet, iteri ſi incæptum nunc ſuſpendere nolis.
Seditioſus enìm populus clamoribus iram
Excitat ætheream, poſſeſsi fata ruinam
Inglomerant Regni, populis & verba laceſſunt.
Obvius extrà vrbem ſe ſe præſentat Ahias,
Antè oculos ſervi fortis, bello què potentis,
Ieroboan dicti, quo cùm prædictus adeſſet,
Nudatis humeris, ſic indè Propheta profatur.
Scindetur, veluti duodenis partibus iſta
Palla modò, Regnum: zonas bis quinquè teneto,
Totius totidem quoniàm iucundus habebis
Imperij partes: Domini ſic iuſſa ſequuntur.
Suggerit inſidias Salomon, mortiſquè minaces
In ſervum, captuſquè timore extorris ab vrbe,
Fugit in Ægyptum, Seſac dúm tecta manerent,
Regis, & audita ſervus mòx morte redivit.
Seditio cæpit, commotà plebe, per vrbes,
Belligèr inſultat Mavors, dant timpana ſignum,
Arma novis mites turbant terroribus auras,
Et Regis ſpolium ciues petiere tumultu,
Nec iuſsis parère volunt, potius que lapillis
Legatis reſpondent (quos expertus Aduran
Cognouit miſſus) ſolui què tributa repugnant:
Quid nobis Roboan eſt? quid vè paterna propago?
Cùr ergò (referunt) eius celebramus honores?
Si nobis patrius, cùr nobis eſſe tyrannus
Audet? Erit nè levare, recenti pondere, pondus?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Immani populos non ſuccubuiſſe neceſſu..?
Jeroboam propera, citiùs conſcende ædile
Regis eburnum, nobis feſtinantèr adhære,
Sitquè tibi ſolium, geſtamina Regia ſume.
Claſsica fæpè ſonant, oſtendit teſſera bellum,
Vocibus inſultant, plebis petulantia gliſcit,
Territat excidium Regi, latet anguis in herva,
Vltima reſtabat requies, ſeù meta laboris;
Arma Hieroſolimam fugiens conduxit in vrbem;
Conveniunt equites, ſimul & venère phalanges:
(Segnis erat miles, quoniam eſt in bella coactus)
Rex trepidus conſurrexit feſtinus in hoſtem,
Sed ſubitò nimiùm terræ velocitèr hæſsit,
Conſtitit, & greſſus retro (ſic iuſsit Ahias)
Convertit. Tibi dico, tecumquè alloquor, audi,
O Rex, prætiriti ſceleris non immemor eſto,
Siſte minas, nec vana ſuperbia fallat euntes,
Non tua regna Deus, nec iam tua protegit arma,
Obteſtor què decem Tribubus ſupereſſe rebellem
Velle, ſuas populi clamor pervènit ad aures,
Infeſtasquè tuas ideò iam verberat vrbes.
Obſtupuit (fluvius veluti glacialis) inorus,
Cogitur invitus ſuperi parère loquelæ,
Terga dedere phalanges, Rex convertit inultus
In muros faciem, ſollers corroborat vrbem,
Arma quieſcunt, & ciues demulcet acerbos,
Summum Altare colit, ſed non virtute diurnat;
Quippè ſuum citius contemnit munus obire,

Thu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Thura negat Domino, Divùmquè altaria luſtrat:
Quæque effrene quidèm ſequitur veſtigia vulgus.
(Proh dolor! exemplar quoties eſt norma malorũ!)
Ocyùs expertus tanto pro crimine pœnas
Ille fuit. Seſſac quinto ſurrexit in anno
Imperij Roboam: bellum tot plauſtra minantur,
Vrbis & extremam (quot ducta fuere) ruinam:
Deſerit Ægiptum, cuius feſtinus aboris
Innumeris turmis, ſocijſquè phalangibus, acer
In muros vrbis ruit, & graſſator adorſus,
Ætyopum magna ſecum veniente cohorte,
Qua ruris virides noſtros nigricauit amellos:
Aggeribus iàm tot ſibi circumeuntibus alget
Vrbs, diffiſa nequit murùm deffendere pinnas,
Obſeſſos terrent expulſis tela ſagittis;
Obſtupuère omnes, & humi iacuere cohortes,
Rex què ſuas pauidus dites laceraüit abollas;
Huic què ſtatim, dubioq̃ procùl, ſuccũberet hoſti,
Plures qui fortes penitùs detraxerat vrbes,
Ni pronus citiùs ſacras veniſſet ad Aras,
Cum què dolore ſub actus pœnituiſſet, & ima
Tunc proſtratus humi laniaſſet pectora pugnis.
Auras ſi fugimus, quid mirum turbine ferri?
Dixit, & ad ſocios; iam iam peccare caveto.
At Deus, vt cognovit eum tranſgreſſa fateri
Iuſſa, auras què novis, fletu, replere querelis,
Atquè ex corde ſimùl iuſtum ſe promere verbis:
Commotum pietate ſuus patefecit haberi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ore Propheta ſtatim. Populos vaſtare perſequit
Omnino Dominus; gazis tantummodo Templi
Ereptis, hoſtis calcabit littora rurſus
Nili: vaſa tamen, Clypeis, quos fecerit auri
Rex Salomon, ſpolium præſens convertet aheneū:
In pœnam ſceleris iubet hoc, iterare caveto.
Seſac parta tulit, nèc ſuffocatur onuſtus;
Protenſum ſed iter potiùs fit pondere, molle.
Intereà Hebræi, ſua dùm cecidere pavore
Colla, nimis lugent ſcindentes vnguibus ora:
Hei vobis miſeris; lachrymis peccata luiſtis:
Tot mala peccatum contemptis advehit Aris.
Criminis àt vindex mors, poſtquàm deniquè Regem
Cum Patribus, Roboã, ſub humo dormire coegit,
In ſceptrum Natus plebis ſurrexit Abias,
(Belliger in quem Jeroboan certamina inivit)
Poſt & Amaſsias Regni ſucceſsit vt hæres,
Immemor & mentem fugit revocare Parentum
Proh! citius, Regni veluti, fit criminis hæres,
Thurifer atque Dijs, Domino ſua vota negavit,
Ætheris effractis iuſsis: peccata laceſſiunt
Iras, vrbs què ideò eſt ſimilem perpeſſà rapinam;
Ipſa oblita ferè mente eiaculatur ab ima
Enſes fatiferos citius, rigidoſquè dolones;
Turba malum ſequitur, morum correctio tardat,
Sermones Patrum penitùs, monitus què peroſa,
Dormitat culpis, vigilat ſed Numinis ira,
Bella Joas movit repletis vallibus armis,

Auri

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Au[illegible] & facta fames avidos tunc compulit hoſtes.
Oſſa pavor ſubijt, ripas contriſtat & omen;
Plauſtra carent numero, curvãtur rura phalangeis,
Vrbis in extremis turbas, & caſtra tyrannus
Obtendit, miſeros, & fortibus vrget onagris,
Vrbem què in gyrum tunc obſidione ſubegit,
Implexis vallaribus, aggeribus què coercet:
Mœnia ſcandit ovans (ſcutis plerumquè ſiniſtro
Aptatis ſinui) vel aperta foramina murùm:
Fur què ad opes miles rapidus feſtinat avarus,
Vt nequè ferra Domus avidis tunc tuta manerent.
Proh mœror! fatur, & feſſus, properante minace
Nocte, levavit caſtra ſagax, flexis què retrorſum
Vexillis abijt, ſecum proprijs, & parta ſubalis
Contulit exultans, præcinctus tempora lauro,
Inter & aſtra tumens, vt dives, iubila condit,
Dum miſeri gazas luctu flevere perenni:
Tot mala peccatum contemptis advehit Aris.
Ioſsia regnante, vias què ſequente ſacratas;
Tecta Domus, Templumq̃ opibus ditavit abundè,
Non tamèn amiſsis ſimiles generoſus acervat:
Fugerit & quamvis Amon delicta Parentis,
Huius enim, nec non & avi, peccata laceſſunt
Facta Deum, fatuſqué eſt voce Propheta minaci;
Immemor & populus quoniam ſimulacra ſecutus,
Suplicijque oblitus, debita thura négavit
Altari Domini: ſed eum meminiſſe coegit
Iratum Numen, ſuperæ que flagella ſecuris.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Infremuit Mavors, rursus dat tessera signum
(It toties in fontem, amittit cantharus ansam)
Rursus & Ætyopum auxiliaria signa coruscant.
Cœlestis latet Iris, concitat arma Nabuco,
(Nec vellem tragicos Vrbis memorare labores)
A Babilone ferox Judà & descendit in vrbem.
Accesit què minax, secum què exercitus vnà,
Barbara vbi gens eius agros, & prata fatigàt:
Armipotens iàm iàm munitis turribus arcet
Muros, aggeribus fossis dominator adhærens:
Vrbs foribus clausis penitùs vallata peribat:
Vrget opima fames, nullus reperitur egenis
Panis ea, cives per cuncta suburbia tranant
Excordes, in agros nec eis exire licèbat,
Pallida quisque patet crudelis mortis imago,
Impastiquè patres epulis sumpsere cruores,
Quippè vorax genitor genitum lacerabat ad escam:
Proh dolor! innatum vertit natura tenorem;
Deflebant steriles, sed non peperisse iuvabat,
Hostis ne manibus fœdatos sanguine campos
Respicerent nati; impletur clamoribus aer,
Hinc ingenti vita, illinc & turbine fertur.
Tot mala peccatum contemptis advehit Aris.
Vndecimum Sedecias enumeraverat annum
Imperij, mensis nona sub luce coorta
Excidium Templi dyrum ducente minaci:
Is, gressus imitans quoquè præcedentis, abundat
Crimine, sed pœnam sceleris persolvit amarè;

Au-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Auditu ſtrepitu quia deſeruère cohortes
Vrbem: quà data porta ruunt, nox obtulit vmbras
Atra; viroſquè fugax etiàm comitatur euntes
Rex pavidus, portà mifero quam præſtitit hortus,
Turba Domus ſequitur procerum, proles q̃ tenella,
Immitis profugi Regis veſtigia ſervat
Hoſtis, Rex donèc manicis vincitur adeptus.
Bellantes ſocij tùnc diſperguntur, & arma
Deponunt: mox Rege ſuo fugère relicto.
Hæc equidem Jerico fata aſpicientibus arvis,
Flebat vbi tellus Regis geſtamina ſterni.
Ducitur ad Regem captus, captoquè locutus
Indè Nabuco, iubet fædari ſanguine rura
Prolis, & extingui Regis mox lumina vultus,
Effoſis què oculis, cruciato, & corde paterno
Bìs, vinctum mitti iuſsit Babilonis in vrbem,
Quò, nupèr dominator, ei quaſi ſervus adhæſsit.
Tot mala peccatum contemptis advehit Aris.
Imperij ſupra decimum numerante Nabuco
Annorum nonum, quinti què acceſſerat orbi
Menſis clara dies, eiuſdem ſeptima menſis;
A Babilone minax ſervus deſcendit in vrbem
Nabuzardan: hoc & circumeunte protervo
Muros, obſeſſos uigiles accivit inermes;
Horrent, irato miſeri dúm famine fatur,
Attoniti què pavent, voces & faucibus hærent;
Concutit oſſa tremor; iam deglutire ſalivas
Incipiunt; aſſueta belli ſtrage minantur,

Om-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Omninò paribus noſcunt ſe viribus orbos,
Nulla ſalus remanet, quibus & vaneſcit aſylum.
Cur vultis nobis aditum tardare tenaces?
Hoſtis ait, vanam cur ſpem nunc ponitis armis?
Non nè bonum vobis, veſtræ ſi conſulo vitæ?
Quælibet excidij ſignum dant verba futuri.
Ætheris auxilium iàm iàm petiere, ſed Æther
Auribus ocluſis vindex oſtenditur, hoſtis
Arma iuvans, iuvitquè etiam nox atra ſub vmbris,
Turritam què fuit graſſator adorſus in vrbem,
(Tot nequè fata brevi poſſum narrare libello,)
Heù Templum reſecrat, gazas & detrahit auri,
Igne què ſuppoſito crudelis fuſile fecit,
Ingenti ſtrepitu & totum cecidiſſe favillam.
Vrbs deſerta fuit deſtructis mænibus altis,
Dives erat quondàm, ſed inops, pronumq̃ cadaver,
Area ſivè iacet, dant quò fragmenta cilindros.
O formoſa nimis, cur ſic laniata labaſti?
Venit nè occaſus? Venit ſinè fine ruina?
Quæ dominatrix olim, non iàm ancilla placebit:
Fabrica quò reliquis ſub Cœlo pulchrior extat?
Quid de divitijs? quid de fulgore vetuſto?
Tot mala peccatum contemptis advehit Aris.
Hoſtis opes, & captos ſecum eduxit Hebræos
Compedibus vinctos, àccinctis membra catenis,
Agricolis paucis miſera de plebe relictis.
Aurea vaſa, ſimùl phialis, Templi què columnis,
Tranſtulit, & gazas raptor, ſinè pondere duxit.

Eu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Euphratis cãpti tranarunt littora mæsti,
Excidij & memores, tota recubante cohorte,
Fronde super viridi plorarunt fata salictis,
Et nequè præteritos narrandi sæpè labores,
Solamen parcum, miserorum viscera mulsit.
Exultat Babilon tanto victore recepto,
Vnà demulsis (inopum resonante catena)
Auribus, atque tubis, olim quæ tessera belli,
Parta suos memores libarunt antè penates.
Martis opus cessat, fanis memoratio pendet,
Et laudum popularis detegit aura susurrum:
Bella tepent, versantur tecta, lares què vetusti;
Mucrones hærent muris, hæsiere què aduncis
Loricæ clavis, galeæ, clypei què virorum,
Incepit què suum quisque exercere laborem,
Fædati què luto capti figlina laborant,
Continuò &, miserum calcato vertice, lugent.
Hæc equidem duxere Penatum vota profana,
Tot què malum, sacris contemptis contulit Aris.
Ærumnis peragunt bis septem lustra subacti
Hebræi, compressi sæpe angoribus exta.
Tempore què elapso, quo iàm cessarat Olimpi
Ira, Deiquè calix lachrymis placatur eorum,
Corda vovent humiles, redeunt q̃ in tecta parentũ,
Cirus vbi Templum fundari iusserat almum
Rursus, tumquè erepta olim pretiosa reduci
Vasa, iubens què simul Libani de monte venire
Ligna cedri, Templum proprio vt sudore secũdet,

Quo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quo laudare Deum valeant holocauſta vovẽtes.
Cæpit opus Zorobabel; conveniuntquè Prophetæ
Altari què novo cuncti, fabricæ què miniſtrant.
Defecit Cirus, ſuſcepit ſceptra Dariùs,
Hic & opus (Ciri quod iuſſu incæperat olim)
Proſequitur, donans quæ ligna fuerè neceſſe,
Sed fruſtrà veteris formam conatur habere:
Delubro quoniàm primo ſacrata voluntas
Extitit adiutrix: ideò tùm temporis illa
Fabrica pulchra ſatis breviori tempore fulſit,
Curſibus & ſeptem tantùm Phaetontis, ab imis
Augeſcit foſsis; nova ſed per luſtra cucurrit
Annorum novies; vbi iàm diſcrimen habetur,
Tot nequè cælatis, nèc tanto emblemate fulta.
Hac ratione ſenes lugent ſine fine, notantes
Tanti ipſos luctus cauſam donaſſe protervos.
Conveniuntq̃ humiles, ſcindunt & pectora pugnis,
Sacrato què Deum fautorem carmine plaudunt,
Corda què caſtigant, antiquis moribus vltrò
Expulſis, nè quid peius contingat in ævum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

SECTIO QVARTA.

BVDA VNGARIÆ CIVITAS *a bellatur ex Turcis ſub Duce Lotharingij digniſsimo Generali, & iuvamine B. Mar. Virg.*

POEMA HEXAMETRON.

COntinuos dimitte iocos formoſa Thalia;
Sàt pretioſa nimis donaſti tempora ludo:
Munera carminibus noſtris heroica manda:
Calliope ſufflet ventis ſi grata ſecundis;
Auſtriacas Aquilas canimus, belli què peracti
Arma, virum què Ducem, Leucis qui natus in oris,
Venit in excidium, Turcarum ſivè ruinam:
Ille, timet cuius deſtram ſub Marte potentem,
Sanguine fædatis campis, inimica paleſtra;
Ille quidem, cui nomen adeſt Lotaringius altum,
Sivè ipſi celſum veluti cognomen adhæret;
Arma modò vibrat, regionum fœdere ductus;
Acriter ad cuius ſtudium vallata dehiſcit
Aggeribus, foſsis, nèc nòn vallaribus altis,
Buda; minas ſuperante metu, cladem què minacem.
Vrbis cum Præſul longa obſidione ſubactus,
Suppetias à Rege petit ſub lege miniſtri.

Agre-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aggreditur Viſirus, eas què inducerè tenta[illegible]
Audax, atquè ſuas campis properare procaces
Auſtriacis turmas, vrbiquè iuvamina ferre.
Cuncta ſuorum Dux cuneatim pectora luſtrat,
Et parat armipotens animos ad bella cohortum,
Reſte què munita, ſociatus Marte ſupremo,
Enſifer occurſat Lunaris greſsibus hoſtis:
Eggreditur celer, eduxit què phalangibus, agmen
Illud equeſtre Draconũ, quos propè Thracia gignit,
Huſſares vnà firmos, validos què Croacos,
Innumeros què viros, quibus eſt Pannonia nutrix
Vtraque, quos què ſua Dux ſubditione gubernat.
His comitantur ij, quibus alta innata cupido,
A ſe grande iugum quaſſandi iugitèr vrget,
Atrocis Mahometani. Syntagma coruſcat
Militibus, quocumque nitet tranſcripta Leonis
Virtus, in què ſuum currebat quilibet hoſtem
Intrepidus; renuunt nequè caſtra vacare labori.
Dirigit inſignis turbas, & ſedulus alas,
Turmatim per caſtra petens, parère coegit
Dux, cuius iuſſu turmæ patuère bifrontes;
Dunevald comes, & cui tùnc commiſſa ſiniſtra,
Hoſti bella parat; regitur dùm dextera iuſſu
Militis excelſi nimium Subpræſidis ala.
Servat vterque locum, firmi comitantur equeſtres
Saxones, Bavari; quibus eſt Germanica turba
Cuncta comes; vibrant Clypeis fulgentibus, arma
Omnes, & per caſtra petunt hoſtilia læti.

Hoſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hostis finitimus iàm iàm è regione cubabat,
Tympana cùm calamis resonant, clangor q̃ tubarũ
Turbat equos, nèc quisque locum servare sciebat;
Vnguibus effodiunt terram, hinnitu què fatigant
Auras, expulso què oculis, & naribus igne,
Excutiunt crines, lata & cervice tumescunt;
Nutibus vt si fortè vocarent eminùs hostem,
Excelsi Ducis & iussu flectuntur onagri;
Apta quibus tormenta sedent, & machina ludit.
Ordine servato, socijs què accinctus, & armis;
Incursurus agit constanter miles in hostes;
Terga simul contos vibrant munita, cohortis
Quamvis rigidæ præstarent corpora pugnæ;
Castris interea Ducis, explorator ab hoste
Accessit vinctus, cuius (fortasse rogatus)
Enucleat mentem, nobis què abscondita plura.
Hostis (ait Vinctus) vobis si scire necesse est,
Cautus agit Bavari, vestra aggressurus in arma;
Castra quidem priùs enervata invadere velox;
Illa nimis reliquis quià debiliora recenset;
Vt subitò, maiori mox subeunte caterva,
Austriacas Aquilas valeat vastare dolosus.
Non his auditis faciem videre timoris
Fortis castra ducis; potiùs festinat ad arma.
Vix vmbras Solis coniux Aurora fugarat
Noctis, vix rebus dederat lux alma colores;
Et radijs virides prati lustrauerat hervas;
Virginis ante diem (nobis memoranda frequenter

Illa

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Illa dies venit, ſolium qua Virgo perenne
Aſcendit, Cæli manibus collata ſupernis)
Cum Ducis exſequitur mentem diuiſa cohortis
Pars; dextram ſolers iuſsit Lotharingius alam
Emigrare locum, calcatis gnarus in agris;
Quælibet aduerſi ſic & veſtigia ſervat.
Luce nova mittente diem, dat buccina ſignum;
Exſurgunt fortes animi clangore tubarum:
Limina prima terit ſævus congreſſus vtrimquè;
Expediunt tormenta globos à pulvere iactos
Sulphureo, iàm flammigeris incenditur aer
Balliſtis, mòx & diſtrictis enſibus, arva
Vda patent rubro multorum tincta cruore.
Auxiliaria ſigna micant, dant pectora pugnæ,
Tela fugant pugiles, addunt què iuvamine vires;
Inſultant acies paritèr, paritèr què ruebant.
Vndiquè certamen viguit, mors vndiquè ſolers
Increpuit ſegnes, percuſſos forſitàn vrſit.
Vndiquè terror erat, lævo confuſus & enſe
Alterius gladius; certabant vtraque palma
Caſtra frui; fortuna tamèn ſed redditur anceps;
Huſſares languent, horum quià rupta paleſtra
Indè fuit, Turcas & denormata per hoſtes.
Sed Duce tùnc Heusler medias currente per haſtas
Belligero, miſeris vires languentibus addit,
Exelſi que Ducis tanto ſolamine nixus,
Miles ad arma redit rurſus, greſſus què retrorſum
Quos metuens dederat, diros convertit in hoſtes,

Vt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vt rursus campos hostili sanguine fædet.
Vel in spolium miles currebat avarus;
Cum servare strophas deberet cautus in hostem
(Tanta lucri cunctis hæret sublata cupido)
Quippè refecta cohors hostis, præcingitur armis,
Et resonant iterum nova tùnc præludia pugnæ
Aggreditur lævam, quam Dunevald regit alam
Vulnerat, & rursùs congressus belliger auras;
Intrepidus comes erumpit, rursus què repellit
Arma inimica valens; replentur tartara rursus
Artubus emissis; atro sed gargara tabo.
Effugiunt hostes, Aquilis dant terga repulsi,
Prosequitur què comes luci per gramina plani,
Victor eos; huius pedibus sed fùnera passim
Occursant; vitare necem tantummodò cura
Vna fuit reliquis, mæsti dumenta requirunt,
Seù latebris condi quærunt; quocumquè minatur
Mortis amara manus, multi per castra trahuntur,
Seù vincti manicis, duro seù colla monili.
Contrahit exuvias miles per rura iacentes,
Loricas, clipeos, galeas. queis Luna recumbit,
Atquè armamentis, penori frumenta parata:
Est humeris modò onus labraum; vexilla fatigant
Gesta, manus; augent sed debellata, trophæum.
Sol latet interea, noctis properabat, & vmbra,
Tympana, tùmq̃ tubæ, vt mos est, cecinere receptui
Languida membra diũ cupiunt fedare laborem;
Adversæ dùm hostis fortunæ consulit iram.

Vir-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Virginis alma dies luſtrabat poſtera natos,
Aſcendit qua altum Genitoris Mater Olimpum,
Et pia ſæpè rogat ſignatis criſmate alumnis:
Iubila cui Matri túnc veſpertina ſalutant,
Machinaquè obſeſſos rodebat murmure muros;
Signiferò quoquè vexillò celebrante trophæum
Tùm numeroſa ſimul capitum vallaria circum
Copia, contorum patuit ſub cuſpide fixa;
Ludibrium vallatis corde notantibus imo,
Compreſsi pauitant, ſubijt ſat frigidus hoſtis
Oſſa tremor; vicos procerum lymphata vagatur
Turba; cauas murorum foſſas poſſe tueri,
Vertitur in dubium; ſtudia in contraria vulgus
Scinditur, vna mori renuit; pars altera, mavult;
Strage nimis terrentur, pax què ſequeſtra negatur.
Tèr tormenta globos ictos à pulvere mittunt
Sulphureo; non ceſſant ſub tellure labores;
Mænia lata labant, roditquè cuniculus antra,
Igne vt ſuppoſito tollant ſua pondera pinnæ,
Ducitur intrepidus per facta foramina miles,
Murali què caput præcingi quiſque corona,
Certatim prenſat, meritum ſuperante labore.
Errans non obitèr Viſiras deſerit arma;
Nec varios ceſſat ductus tentare viarum,
Quomodo ſuppetias obſeſſam ducat in vrbem
Sed renuente Deo, fautrice què Virgine Matre
Irritus exiuit Mahometi ſudor inulti.
Audacis potiùs, quotiès in caſtra petebat,

Pei-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Perfluit pœnam, nèc eorum limina triuit;
Nec vacuus ſed humi triſtis dumenta fatigat.
Vliget opus, fortuna ſuos ab arundine contos
Conſtruxit, nec eis iam ſpes manet vlla ſalutis;
Nec datur hinc miſeris ſedes ſervare paternas;
Non & ab vrbe fugam per agros ſibi adire licebat.
Intus agit Præſul medius componere rixas;
Rumor vbiquè viget, lanianturq̃ vnguibus ora;
Tecta, domus què flagrant, flagrat clamoribus aer,
Spes què rogum charæ vitæ ſinè viribus auget:
Dilectæ conduntur opes tellure ſub ima.
Perpauci ciues tanta formidine preſsi,
Auectis opibus, parvas conſcendere cymbas
Tentant; ſed fruſtrà, ſoluunt quia morte timorem;
Subtractis què opibus nèc non cæduntur, eos què
Danuvij tandèm cæſſos ingurgitat alveus.
Præſul, cui gelidi ſociabat ſanguinis ætas,
Excitat accingi exanimes clamoribus armis;
Ancipiti & gladio validus pugnabat vtrimquè;
Intrepidi donec ſecuit balliſta lacerti
Curriculum vitæ: nec ei ſenioris aſylum
Profuit; ætati nec mors violenta caducæ
Dira pepercit: turba replebat cætera votis
Æthera, ſed victi cives iugulantur adulti:
Amnis aquas & tunc reſpexit Buda cruentas,
Milite Tartareas tanto calcante paludes.
Conſulit is tantùm vitæ, qui tegmina ſupplex
Deturbat capitis, pedibusque terenda reponit;

Arma

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Arma ſimul ſua ſeù placidus victoribus o[illegible]rt:
Tollitur Imperij labarum iàm vertice nud[illegible]m,
Mænibus atquè vrbis, turbà ſociante, locatur;
Thura què dant grati præclaræ Virginis aris
Cauſidicæ, cuius per crebra iuvamina norunt;
Ipſius & precibus belli triuiſſe pericla.
Bella Europa fouens, per nubes iubila condit,
Nummis atquè iuvans ſimul Orthodoxa caterva:
Dux tormenta iubet tantum celebrare triumphũ,
Et memor ipſe vouet Genitoris feſta quotannis
MatrI, LIbaqVe IVCVnDVs sIne fIne trIbVnVs

Annum dat palmæ littera quanta tibi.

SECTIO QVINTA.

VARIA EPIGRAMMATA AD diverſos Divos inſeruntur.

EPIGRAMMA I.

Nil ſupra Deum.

OMega in Orbe Deus, pariter tum dicitur Alpha;
Et ſinè fine, Orbis ſemper origo nitet.
Eſt perſona triplex, eſſentia ſcilicet vna:
Ceù Pater Omnipotens, Natus, & almus Amor.
In Cœlis habitat, numerato & ſydere, nomen
Cuilibet impoſuit, quo ſibi nota manent.

Cun-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cuncta regit rectus; peragant & vt astra meatus,
Effectus ratio cursibus apta suis,
Reddidit, vt possent laudare, infantibus ora;
Motibus vt varijs lingua diserta foret.
Cum supèr omnia sit, non suprà respicit vllum;
Sub pedibus potiùs cuncta creata tenet.
Sunt pariter patefacta sibi quæcumque per orbes:
Scrutatur renes, vt quoque corda Deus.
Est animis, velùt in thalamo si sponsus adesset;
Protector iustis, atquè pavor reprobis.
Vnus enim Deus adsit, abundet semper in ore;
Non eget ipse vllo, sufficit atque tibi.
Redde ergo frater, fuerint quæ Cæsaris, ipsi:
Quæque Dei fuerint, reddito vota Deo.

EPIGRAMMA II.

Jesus, titulo de los Afligidos, *colocatur in Conventu S. Francisci de Assis.*

AFflictis solamen adest, cognomine tali,
Hic Jesus tolerans vulnera nostra pius.
Franciſci lætare Domus; iàm cura tuorum,
Hospite susceptо, quidquid amabat, habet.
Crux sua Cœlestis nobis hinc scala paratur;
Quidquid habet pœnæ, baiulat ipse sibi.
Viscera torquet amans, fessus suspirat anhelus;
Pro nobis placidus pocula amara bibit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dilige eum gratis; non cor mercede labores;
Afflictos gratis, dignus amore, levat.

EPIGRAMMA III.

S. Joannes Capistranus habitum induit Fratrum Minorum in Urbe Perosa, ubi excelluit miraculis.

DOna tibi plaudenda dedit, Franciſce, Peroſa,
Cunctis grata nimis, non què peroſa Deo.
Parva Capiſtrani luſtravit mœnia natus,
Æthereà què tuam nobilitate domum.
Marte ſub inſigni pugnavit tempore primo:
Propria ſed tandem traddidit arma tibi.
Quem meritis magnum regio Pannonia novit
Antè; tuà fit ſub Relligione minor,
Ob ſua ſigna fuit toto mirabilis orbi,
Imperio & parent cuncta elementa ſuo.
Nec pecudes renuunt, quamvis ratione carentes:
Id tamen vt faciant, non ratione carent.
Sæpè ſuæ vocis iuſſu tacuère cicadæ,
Nec roſtrum trinſans garrula hirundo mouet.
Plures convaluere viri, optatam què ſalutem,
Non animus tantùm, ſed quoquè corpus habet.
Extincta eiuſdem ſurrexit voce puella,
Illæſam què ſuo reddidit ipſe Patri.
De ſocio, lætare Domus; plaudatur ad aras,
Vt mihi, tùm vobis, ſit comes Arce Poli.

EPI

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA IV.

S. Ioannes Capiſtr. relictis vxore, opibus, & honoribus mundi, Jeſus nomen ritè colendum dedit; & hæreſim eliminavit.

VAſa Capiſtranus Ieſus referentia nomen
Auget, vt electus; fert & vbiquè ſinù.
Eſt primum vas Paulus, Ioannes què ſecundum,
Vero què imbutum dogmate quiſque micat.
Afflatu cœleſti nectar vterque bibere,
Et curà per humum fudit vterque pari.
Nomini enim Jeſus reverentia debita ſummo,
Ecce Ioannis, eo tempore, crevit ope.
Viſibili & forma, non verò ſpontè, coacta
Ceſsit abyſſus ei, tùm genuflexa colit.
Ærumnas, quantùm què pati pro nomine tanto
Expediat, didicit; cuncta & amore tulit.
Vxorem, gazas, iuriſquè reliquit honores;
Ætherea vt ſolum mòx ſibi iura forent.
Duxit, & in veram gentes quaſcumque ſalutem;
Edocuit què viam voce, labore, manu.
Hæretici miſsis proprijs erroribus, aures
Inclinant proni, quæquè ſcienda, ſciunt.
Fratricela ſacris legio convertitur Aris;
A tenebris fecit lucis & ire viam.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA V.

Ad S. P. Franciſcum Xavier.

VAs Franciſce micas Ieſus è nomine plenum;
Extera vt id ſolers ad quoque regna feras.
Vt ferres immune ſinu, per gramina nudi
Sanguine ſæpè tui iàm maduere pedes.
Non oneri, quamvis preſſus, ſuccumbis Olimpi;
Alterius vires nàm tibi Atlantis erant.
Gentibus hoc ſacrum fundebas nomen vbiquè;
Nec tibi per lymphas obſtitit ire freti.
Vt traheres nautas ad tanti Nominis aras,
Auxiſti lachrymis æquora ſacra, tuis.
Non animo tantùm portas, ſed corpore, nomen:
Ieſum verba canunt, viſcera & ipſe replet.
Effuſo potiùs magis, vt miremur, abundas;
A tanto tua nec nomine corda vacant.
Non à te manibus vacuus decedit egenus;
Munere, nec Sanctum vas fit inane, dato.
Fundimur adverſis, non declinare deorſum
Permitas ſervos, quæſumus alme Pater.

EPIGRAMMA VI.

Ad eundem.

NOn facies lateat, pateant Franciſce, feneſtræ,
Si tua per totam facta vagantur humum.

Occi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Occidat: resonat virtus, quæ Solis in ortu,
Lucidus euerso lumine grata fuit.
Tendorum què oculos aperis, pulsisquè tenebris,
Quos Dæmon, sedas, suasserat antè dolos.
Creuit, vt auxilium possès perferre, metallum;
Mollia que evadunt Barbara corda sono.
Detinet incæptum præsès bis Lucifer ostum;
Astra tamen lugent luce carere diù.
Exanimes multi surgunt à voce coacti,
Soluitur atquè ipsa dura catena necis.
Plura tacere decet, fuerim cùm pauca locutus;
Nèc datur in parvis scribere plura libris.
Vt sua nunc paritèr virtute extensa propago
Germinet, è Cœlo mitte iuvamen, age.

CARMEN SAPHICVM.

Ad S. Doct. P. N. Dominicum de Guzman.

SCire si vitam cupias Parentis,
In rudis nostrà calami melina,
Ista dicturi, genialis audi.
Fragmina vitæ.
Splenduit claro facies sub astro,
Dùm puer sacras oritur per aras;
Solis & luces nitidas redire,
Sydera norunt.
Præstitit doctus reliquis per aulas,
Hæresim cogens fremuisse victam;

Eius

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eius & nomen paritèr perosum,
Omnibus esse
Arva perrexit nemoris pedestris,
Concinens himnos, avidus salutis
Prolis humanæ, rigido què cessit
Sæpè labori.
Non ei arrisit popularis aura;
Candidum spreuit placidus cadurcum,
Veste sed vili teg umenta carni
Fecit egenæ.
Nocte dum supplex genuflexus orat,
Membra, si somnus graviter tenebat,
Non adhærebant, lapidem vè durum,
Fessa requirunt.
Corporis fuso fluido cruore,
Vulnerans diris scapulas catenis,
Acritèr flebat, lachrimis coercens
Numinis iram.
Fulsit exemplar, stabilis què semper
Integrum servans charitum sedile,
Virgo permansit, fragilis nec vnquam
Cepta reliquit.
Spiritu raro columen diremit
Hostis inferni crocitantis arma;
Vt licèt dirè laceraret artus,
Robur inesset.
Dùm loquebatur, lachrymis madebat,
Vt vocaret sic animos rigentes;

Per-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Perfidos torsit, timidos què traxit,
Pectore cæsio.
Sedulus fratres studio perenni
Codicis sacri nimiùm vacare
Iussit, vt miras Domini lucernas
Ritè crearet.
Pontifex somno citiùs labare,
Exhibet visum penitus Ioannis
Tecta, sed Patris manibus, labore,
Non cecidisse.
Obrogat lenis meritum flagellum,
Dùm tribus mundum iaculis minatur
Numen, & supplex pharetram resolvi
Ipse po poscit.
Plurimos mi tis revocans sepultos,
Prodigus gazas miseris ferebat:
Plus què dilexit, reliquis redemptis,
Venditus esse.
Aliger missus retulit venire
Iam Patri tempus cupido, salutis;
Lætus audiuit Iuvaris loquelam
Alta parantis.

EPIGRAMMA VII.

Ad S. D. P. N. Dominicum de Guzman. Facularius canis depingitur.

LIliferùm Patrem soboles Guzmana celebrat;
Et tu baubatus carmine, Musa, canis.

En

(c) 2007 Ministerio de Cultura

En grauidæ matris ſomnum perturbat haruſp[illegible]x
Hic canis ardentem dùm tenet ore facem,
Editus in lucem baubatus voce catellus
Exhibuit; gentes obſidet, ardet humus.
Pauit ab inſidijs grex tutus rura latratu
Sacra, vt non eſſet languida præda lupi.
Vt canis obſervat greſſus, domino què fidelis,
Tu Dominum ſequeris, ſit què fidelis amas.
Pro natis Pater omnigeno vacat iſte labori,
Quippè diù ſatagit, ſole cadente, vigil:
Vallat humum noctu, nata vt certamina ſedet,
Sive vrſi rabidi, ſive furentis apri.
Plaudatur cuſtos, memòris què exemplar amici,
Qui noſtri cuſtos fulget vbiquè memor.
Sub formà canis Ægipto celebratur Anubis,
Vt Patriæ cuſtos, cultus amore foret.
Cuncta à turbine deffendit delubra minaci;
Liminibus què ſuis hæreſis orta ruit.

EPIGRAMMA VIII. AD EVNDEM.

Vos eſtis lux mundi.

ESt noſtri doctrina lucerna ignita parentis,
Ac nobis mellis dulcior ipſa favo.
Lumen ad aſtra tulit primus fabricator; & indè
Sive calore fouet; lumina ſivè parit.
O Pater! ex vtero ſulſiſti lumen; ab ortu
Doctrinis radias, Templa calore foves.

Fak

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fax intùs, ſed ſtella micas Baptiſmatis ara.
Tu potiùs dicam fragmen abeſſe Poli.
Lux ſuprà candelabrum ſupereminet auras,
Illuſtratquè domum, condita ſæpè perit.
Non Eccleſia vult condi, extinctis què procellis
Hæreſis, aſtra ſuper collocat ipſa facem.
Luce tua ſurgunt olim caligine merſi;
Prædicat vt mundus, ſivè Toloſa canit.
Hæreſiarca fremit, te tunc radiante canopo;
Perniciosa eius dogmata, voce fugas
Conticuere omnes, quaſi rana palude, canentes;
Nam vocum ſtrepitu nil niſi inane dabant.
Clara nitet paritèr virtute extenſa propago;
Mira què per mundum fit tuba quiſque Dei.
Menſis obis poſt Nonas, ſed feſtiva tumeſcit
Quarta dies, quoniàm lumina prima dedit.
Eia Pater, portas Cæli tellure vaganteis
Detege; tùm noſtræ propitiare domo.
Atquè tuos, agito, tanti genitoris alumnos,
Virtute igniri, mòx ſuper aſtra loca.

EPIGRAMMA IX. AD EVNDEM.

EXhibuit Titan tibi quod ſinè luce negatur;
Fulta què confuſum depulit aura chaos.
Lætitia eſt iuſtis, & rectis corde coorta,
Ex animo vellit quid quid abyſſus erat.
Errantes duxit noctu, ſit teſtis eremus,
Igniferi ſervans firma columna modum.

Ipſa

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ipſa diù nubis nigricanti induta colore,
Tramitis errores dux ſub vtroque fugat.
Lilifer iſte Pater lux coram gentibus arſit,
Præpoſitus què vias edocet ipſe Poli.
Omnibus vt proſit vario ſub chromate ueſtem
Induit, & fulget tempore quoque ſuo.
Hæreſis immerſos tenebris & luſtrat, & vrit
Candenti tunieà, noctis & vmbra fugit
Palla colore nigro, vt nubs, ſolis temperat æſtum,
Imbrifero què ſuo rore fouetur humus.

EPIGRAMMA X. AD EVNDEM.

Vos eſtis ſal ter. &c. Vos eſtis lux, &c.

NIl ſale, nil quoque Sole in ſublunaribus, Author
Vtilius nobis Ætheris ille dedit.
Inſulſas epulas ſal condit, eas què ſapore
Replet: cuncta quidem, Sole nitente patent.
Sol hominem generat, ſal à putredine ſervat;
Officioſus adeſt par vtriuſque labor.
Vrbs Jerichò formoſa ſitu, lugebat aquarum
Virus, & infuſo vir ſale curat eas.
Si ſterilis tellus fiat, ſal iſte feracem
Effuſus reddit, floribus vt ſcateat.
Fuſò doctrinæ ſale, abundè terra vireſcit,
Inſulſamquè Patris vox quoquè condit humum.
Ventre, velut Sol fulſit; mox vt ſtella per orbem;
Vmbras dum què fugat, muncra Solis habet.

De-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Detegit errores, fierent vt luce capaces
Orbe homines, fugeret noctis & vmbra simul.
Fit culpà sterilis tellus, caligat & vmbris;
Sed sale perfuso, luce què plena, viget.
Creuit, & in mundo, quasi Sol in culmine, fulsit;
Quo magis erecto, corporis vmbra perit.

EPIGRAMMA XI.

Suscitat Neapoleonem Stephani Card. Nepotem in Monasterio S. Xisti

Dvi cum Stephanus Xisti sedisset in arce,
Dominici vidit, purpura amictus, opem.
Quippè nepote ferum, Stephani, ascendente caballo;
Præcipiti duram corpore verrit humum.
Calcitrat expellens oculis, & naribus ignem,
Ac strati pueri membra trucidat equus.
Corruit exanimis Stephanus, Patris què lacertis
Deliquio cecidit, morte minante truci
Astantes clamant, lachrymis & verba volutant;
Fervorem fidei turba dolore vocat.
Et motus pietate Parens, ad Sacra recurrens;
Viscera tunc pueri dilacerata fuit.
Ad sonitum què suæ vocis, surgente puello,
Integer est visus, nec resilire sinit.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XII.

Pro Glorioſiſſimo Patriarcha Divo Joſepho.

SAlve Sancte Pater, notus Patriarcha ſupremus,
Ex David claro ſtipite natus humi.
Non datur in parvis magnas numerare libellis,
Tot quot virtutes ſuſpicor eſſe tuas.
Te ſolum famuli celſum meruiſſe fatemur
Numinis æterni nomen in orbe, Patris.
Coniugis intactæ coniux electus ab Æthra;
Vt poſſes ſacro nexilis eſſe ſinu.
Vt ſacræ, decuit, duxiſſes Virginis ora,
Te fore dotatum Virginitate pari.
Servorum reliqui Sancti ſunt nomen adepti;
Obſequium ſed tu, munere Patris habes.
Eſt què datum reliquis, certis ſuccurrere cauſis;
Tu tamèn ad cunctas fautor adeſſe ſtudes.
Eius vt exemplar, livor quem vendidit olim;
Nomine ſortiris Regis habere manum.
Ductus in Ægiptum Proregis fulſit abollà:
Rex Cœli voluit ſubditus eſſe tibi.
Eiuſdem teſtatur miſſa lacerna, pudorem;
Intactæ verò Virginis ora, tuum.
Carcere conjector ſocium diſſolvit ab imo;
Sed tu arcana Poli ſomnifer alta doces.
Non ſibi, ſed populo Prorex frumenta reponit;
Omnibus Angelicus, tu m tibi panis adeſt.

Tah-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tantum mortales lætemur habere Patronum;
Suscipiat noſtras, ſæpè rogate, preces.
Vt què ſuis precibus, quod nos non poſſe fatemur,
Nanciſcamur humi, mòx & adire Polum.
Reddat & excelſi pacatam Numinis iram,
Chara què Diuinæ coniugis ora ſuæ.

SECTIO SEXTA.

CARMINA MODVLATVR AD diverſos Sanctos in Saphicis, & Iambico Dimetro.

DIMETRVM IAMBICVM.

Ad S. Doctorem P. N. Auguſtinum.

Auguſta facta Jambico
Canenda Patris carmine,
Si nota ſunt forinſecus,
Dilecta ſint cõfratribus.
Epiſcopus, per littora
Natus, potentis Africæ,
Cuius modò nõ nomina
Referre cantus ſuſtinet
Brevi puellus tempore,
Claris obortus Patribus,
Et litteris, & moribus,
Prælatus eſt ſodalibus.
Romam profectus, hæreſim,
Amplexus eſt ſi primitus,
Dum què eſſet in Carthagine,
Refutat vltrò viribus.
Frequentèr ex Ambroſio
Do-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Docẽte, fuxit dogmata,
Et luce ſancta protinùs
Imbuta ſunt præcordia
Hinc more ranæ muſicos
Chriſti moleſtos auribus,
Dantes que nil, ni ſtrepitum
Tacere fecit callidus.
Rurſus profectus Africã,
Fidẽ reverſus poſtulat,
Ibiq; factus Præsbyter,
Dat Sãctitatis formulas.
Exemplar vt ſit gentibus,
Cõmune legit ferculũ;
Viles q veſtes corpori
Donavit, & par lectulũ.
Fuit Magiſter fratribus,
Vt hi ſubirent pergulas;
ſodalis & virtutibus
Induxit ipſis regulam.
Coegit & benignitas
Secuta verſus pauperes,
Repleret vt famelicos,
Sacrata vaſa frangere.
Alma nitenti pagina,
Cõſtruxit ipſe plurima,
Extingueret queis hæreſim
Subtiliter volumina.
Inſtante vitæ termino,
Correptus atq; febribus,
Aſcendit aulas Cœlicas,
Pſalmis datus, ceù deditus.

IAMBICVM DIMETRVM.

Ad S. P. N. Franciſcum de Aſsis.

Franciſce, cura proijcis
Lucra inſtitoris publici,
Amplexus es quæ primitus
Dum patris oſtũ diligis.
Negaſſe munus pauperi
Te penitet, quod poſtulat;
Promittis & mox largiter
Daturus ipſis omnia.

Pro-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Profecit in te charitas,
Quæ patris extra com-
primit;
Nec te fidelem sustinet,
Cui cuncta donat provi-
dè.
Coactus antè Episcopum
Bonis paternis cedere;
Post tegmen ipse corpo-
ris
Libenter omne reijcis.
Sic ore pleno in posterum
Vocare posse, cogitas
Patrem Deum, qui sy-
dera
Cœlestis Arcis occupat.
Non possidere, consonũ
Argenta mundi iudicas;
Nec duplici vti tegmi-
ne,
Si veste posses vnica.
Auctis Minorum cellulis,
Servare mãdas fratribus
A te statutam regulam,
Virtutis hinc sodalibus.
Te passionis stigmata
Salutis apta corpori,
Impressa montis culmi-
ne,
Tulisse vita concinit.
Deum precaris vocibus
Orationis supplicis,
Migrare cùm desæculo,
In fine vitæ conijcis.
Deo Patri per sæcula,
Eiusquè Nato, & Vnico,
Cum Spiritu Paraclito,
Canamus omnes Gloriã.

CARMEN SAPHICVM.

Ad S. Nicolaum Episcopum de Mira.

PAnditur Cœlum precibus parentum
Nicolai Diui, Lycià nitentis;
Hic & ex celsis patribus coruscat
Candida proles.

San-

© 2007 Ministerio de Cultura

Sanctitas eius manifesta primis
Lucibus vitæ penitus futuræ
Protinùs totam canimus per vrbem
Signa dedisse
Ipse nutricis reliquis in horis
Lacte demulcet cupidus palatum;
Sed die quarta, paritèr què sexta,
Vespere tantúm.
More servato peragravit omne
Tempus infantis, pueri qué tempus;
Vndè ieiunus, iuvenis frequenter
Æva cucurrit.
Se Deo totum quoquè cùm dedisset,
In Palæstinam Iuvenis profectus,
Vt maris vasti iugulet procellam
Nubila sedat.
Ad suam rursus patriam reversus,
Omnibus vitæ documenta præbet;
In què Miram mòx, monitu superno,
Ire paratur.
Præsulis vità populi per acta,
Præsbyter summus legitur per omnes;
Vt sequatur sic Domini voluntas
Ista monentis.
Castitas eius pietate iuncta,
Muneris cultu veneranda semper,
Claruit, magna gravitate vultus
Vndique lenis.

Acti-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Actibus miris adhibet medelam
Orphanis multis, viduisque plebis;
Nubiles fiunt inopes puellæ
Dote recepta.
Hinc, adhuc distans, miseros catenis
Solvit oppressos: premitur sed ipse,
Vera quod nostræ fidei per omnem
Prædicat vrbem.
Termino sanctæ properante vitæ,
In manus totus Domini redactus,
Angelis circùm meritum canenteis,
Æthera scandit.

DIMETRVM IAMBICVM.

Ad Sanctum Petrum de Alcantara.

Alcantara cognomine,
O Petre calcas sœcula,
Te Norba lactat Cæsia-
ris,
Et prima dat cunabula.
Vt ore possim supplici
Laudare mentẽ cãdidã,
Ex infimis iam sordibus
Polluta terge labia.
Es dives; & pauperrimũ
Te in orbe, vestis præ-
dicat;
Maiora dona Spiritus
Sed Arce Cœli congre-
gat.
Tuis Deum sermonibus
Moues; & orãs redditur,
Aùt porta mollis Æthe-
ris,
Vel ipsa, voce panditur.
Circũdat hostis perfidus
Humana membra vt de-
voret;
Ne figat ipse spiculum,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Soporis oras tempore.
Est huic flagellum Dæmoni,
Quod servitus est Ætheri;
Si mēte pura scandimus
Quò nostra vox nō pervenit.
Ad bella nunquā perfidi
Descēdis, hunc vt comprimas;
Sed sicut ille maximus
Dux plebis ipsū vellicas
Oratione simplici
Egentibus das sedulus;

Delicta quāvis maxima
Ignoscis & nocentibus.
Abstractus à terrestribus
Mentem fidelis sublevas,
Fletuq̄ plusquā vocibus
Prædura mollis viscera.
Laudetur orbis conditor,
Sanctisquè sit mirabilis,
Creauit & qui Spiritum,
Eumq̄ ad astra trāstulit.
Suum daturi cuilibet,
Et Cæsari quæ Cæsaris;
Dei, Deo iam debitam
Reddamus omnes gloriā.

?AMBICVM DIMETRVM.

Ad S. P. N. Ioannem de Dios.

De Calpe mōtis vallibus,
Parentis, erga pauperes,
Laudanda Ioannis venit
Excelsa nobis charitas.
Laudemus hoc in carmine
Perfectionis vinculum;
Laudetur & benignitas
Diffusa Santo Spiritu.

Pauper fuit ditissimus,
Secuto amore pauperis;
Vt dives est pauperrimus,
In charitate languidus.
Quocūque sit necessitas,
Prodesse vult iuvamine:
Nec dona Numen respicit

Dedisse

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dediſſe quæ, ſed qualite.
Largitur omneis tegmina
Nudis benignus artubus;
Depaſcitur famelicus,
Sitim q̃ ſedat parvulus.
Suum pius dat lectulum,
Egentibus q̃ porrigit,
Vt perditam recuperent
Ægri ſalutem corporis
Neceſsitatem providus
Videre nunquã ſuſtinet,
Nec eſſe lapſos languidos,
Quin portet ipſos humeris.
Ad aſtra plus extollitur,
Ad ima ſi ſe contulit
Amore quãdo languidi
Abiectus ardet proximi.
Perfecta vt eſſet charitas
Paratur indè (vt hoſtibus)
Suis mori pro fratribus,
Fidelis vt ſit omnibus.
Laudetur Alta Trinitas,
Eſt cuius vna eſſentia,
Vt Dexteræ poſt munera
Nobis comes ſit Gratia.

IAMBICVM DIMETRVM.

Peccatoris imprecatio.

Suprema Cœli bonitas
Lumẽ Sacrũ de lumine,
Qui cuncta ſub te reſpicis
Alto Poli de culmine
Tu quippè ſolus Dominus,
Tu ſolus, atque Altiſsimus,
Dimitte ſervum, deprecor,
Præ cæteris praviſsimũ.
In me reverſus, reſpice
Tantũ refertũ crimine;
Mihiquè non ignoſcere,
Amoris haud vis ſuſtinet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Accedo cùm fiducia,
Terrã ſuper nàm prohibes,
Me alterum ni Cœlicũ,
Vocare Patrẽ, providus.
Cùm de profundis alloquor,
Nil dico quod ſit vtile;
Si noſtra ſervas Domine
Peccata, quis nam ſuſtinet?
Delicta quamvis horreo,
Non deficit proclivitas,
Sed rurſus hæc cum diligo,
Dilecta fit deformitas.
Iam vulnerato pectore
Accedo pronus, humilis:
Amarè plorant oculi,
Amare cũ mens incipit.
Tres inter hoſtes, ſæculo
Dum viuo, ſolus milito;
Si non iuvas, en debilis
Succumbo pronus cuilibet.
Iam deficit vis corporis,
Iam prauitate languida
Fit; fracto & eius robore,
Redduntur oſſa tabida.
Flagella non das ſupplici,
Peccantibus das oſcula,
Manuq̃ ponis annulum,
Primamq̃ ſtolã poſtulas.
Vlciſci non deſideras,
Sed rurſus (eſt quod maximum)
Crucẽ ſubire, & alapas,
Non iudicas vt abſonũ.
Conceptus ecce propero,
Natus què iniquitatibus
Si vota differs, tribulor,
Fatiſcor atquè vt languidus.
Conſolor inter proſpera,
Adverſa què inter corrigor;
Creaſte me de nihilo,
Conterritus recogito.
Commiſſa, quæ nunc lugeo,
Colore ludunt coccinũ;
Vt nix manere cãdidus,
Si parcis, hinc excogito.
Non crimen eſt obſtaculum, Dum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dum pœnitet me, vt diligas;
Sed rursus & si provoco,
Te concito, vt me negligas.
Quantum dolor cor comprimit,
Me spes salutis roborat;
Es tu suprema charitas;
Est omnibus q̃ consona.
A te regressus, lachrymis
Ad te venire consequor;
O si valerem fletibus
Gaudere semper proximus!
Mensura nó tam tẽporis,
Quantũ doloris copia,
Manus flagella detinet,
Et te misertũ convocat.
Non latro pendés indiget
Prolixitate temporis,
Videret ipse vt protinùs
Portas patẽtes Ætheris.
Transacta dele crimina,
Nèc nõ futura præcave;
tuis vtrũq̃ est manibus,
Et absq̃ te nõ permanet.

Dum punis, aut remuneras,
Ostendis esse providus;
Culpæ nèc æqua verbera
Servare vis in posterũ.
Quandoquè prodis plurima,
Vt sic amicos subleves,
Quandoquè multa protegis;
Reddas vt hostes supplices.
Quandoq̃ & à periculis
Instantibus nos eripis;
Quandoquè per te tradimur
Vexantibus nos improbis
A fraudibus nos liberas,
Tueris atq̃ ab hostibus,
Intendis & sic singulis,
Vt si vaces ab omnibus.
Tuo carens iuvamine,
Humana cura est irrita;
Munita quãvis turribus
Servetur à me Civitas.
In plurimis sum debitor,
Ve-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Velléquè poſſe reddere;
Datis nec æqua munera
Poſſum tibi perſolvere.
Tibi tamèn quid porrigã
Ignoro ſed iam Domine
Pro tot recepto munere
Heù! parca vis nil poſsi-
det.
Cũ ſis, Amor, ditiſsimus,
Nullis cares & opibus,
Petis què ſolum viſcera
In charitate provida.
Cor iſtud eia ſuſcipe:
Virtute ſed ſi præditum
Vis cæteris præcellere,
Fac, orbis & tu cõditor.
Ignoſce culpæ ſupplicis;
Peccãtibus da craſtinũ,
Vt ſeparato crimine
Sic quiſque fiat gratior.
Et fac genarũ lachrymas
Habere vocis pondera,
Quibus què poſsim fle-
bilis
Migrare ad alta ſydera.
In vnitate eſſentiæ
Laudetur Alma Trini-
tas,
Vnus Deus, conſortio
Cuius caret ſublimitas.

℣AMBICVM DIMETRVM.

Pro Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Deſcendit ad nos veritas,
De Patre lumẽ luminũ;
Quod vt niterẽt ſæcula,
Legit Parentis vterum.
In ventre Matris candido
Virile corpus ſuſcipit:
Vterque ſexus vndiquè,
Vt ſic manerent fulgidi.
Si cauſa quarè, quæritur;
Amore duci aſſerimus;
Quod ſit licet mirabile,
Nõ ſingulare cernimus.
Delicta noſtra vt ſolveret
Venire gratis eligit;
Diuina cum nõ deſerat,
Nõ vota carnis negligit.
Coniuncta ſunt ad invicẽ
Cũ carne iàm Diuinitas:
De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Matre naſci, & Virgine,
Servata cui ſit puritas.
Obumbrat illic Spiritus,
Fit altitudo ſubdita,
Vnita cùm Cœleſtibus
Levatur & profunditas.
Eſt eius innarrabile,
Genus renatum, prolibus,
Quò lingua noſtra deffi-
cit,
Quãtum fides hinc proficit.
Orto perenni lumine
Ad gratiam reſurgimus,
Quo, vivimus dum ſæculo,
Perẽnitèr nos fungimur
Beata ſis ò Trinitas,
Cuius fauore ducimur;
Et mẽtis, atquè corporis
Medela nata eſt vulnerũ.

IAMBICVM DIMETRVM.

Ad S. Franciſcum Xaverium.

Canamus hic Xaverium
Ignatij dignum Comitẽ,
Illuſtribus de patribus
Ortum, Deo fœliciter.
Ignatij ſervans dogmata,
Prius quidẽ quæ didicit;
Breuiſsimo ipſe tẽpore
Sacris refulſit litteris.
A Sede Romæ mittitur
Sancto refectus nectare;
Apoſtoli vt ſic munere
Ieſus levaret Labarum.
Iubente patre vt protinus
Ad Solis ortũ tenderet;
Per arva migrat Indica
Vt ſemẽ almũ funderet.
Exemplar vt ſit cæteris,
Accinctus eſt ad regulã;
Tùm multa, lauta, & corpori
Negauit ipſe fercula.
In veſte corpus debili,
Deo flagrabant viſcera;
Arisquè vt omnes advocet,
Carnes flagellis verberat.

Ser-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sermone quãvis extero,
Gentes ad omnes prædicat,
Structaquè Diuinitùs,
Quicumque verba penetrat.
Centena multa millia,
Vt Sacra noſcunt dogmata,
Errore pulſo protinùs,
Baptiſma Chriſti poſtulant.
Nitebat in miraculis,
Dãdo què cæcis lumina
Medetur ægros plurimos,
Sepulta membra, & ſuſcitat.
Afflatus Alto Spiritu
Prædixit ipſe plurima,
Locis què quæ diſtantibus
Erant remota, nuntiat.
Altiſsimo ſit Gloria
Mundi regẽti machinã,
Qui dona dat mortalibus
Sanctisquè fit mirabilis.

IAMBICVM DIMETRVM.

Regina Salve Cœlica,
Dei què Salve Genitrix
Benignitatis pronuba,
Et chara quantũ expedit
Virgo mirabilis,
Et Mater candida
Iam nos tu protege
Ab hoſtis maquina
Dulcedo cordis intima,
Favoquè mellis dulcior,
Vt vita, noſtras dirigis,
Et nos ſalute fungimur.
Virgo mirabilis, &c.
Solare ſpes exulibus
In valle plena fletibus,
Nobis què te vocãtibus,
Succurre iàm gementibus.
Virgo mirabilis, &c.
Clamamus ad te miſeri,
Clamamus ad te flebiles
Primæ Parentis geniti,
Hu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Humana proles fæculi
Virgo mirabilis, &c.
Salve Advocata miſtica,
Tuis ſub alis ſuſcipe,
Medere noſtra vulnera,
Vultus reverſo lumine.
Virgo mirabilis, &c.
Oſtende nobis Filium,
Cui venter eſt Sacrariũ,
Ortum què puro ex viſcere,
Oſtende fructũ candidũ
Virgo mirabilis, &c.
Vt huius auræ termino,
Carnis ſoluto vinculo,
Tendamus hinc in patriam,
Quam ſcelerati amiſimus.
Virgo mirabilis, &c.
O dulcis! ò pijſsima
Dei benigna Genitrix,
Maria Virgo Virginum,
De Dauid orta ſemine.
Virgo mirabilis, &c.
Ad tanta Sancta munera,
Vt digni ſimus obſecra,
Nobis què ſacri fœderis
Secura ſit victoria.
Virgo mirabilis,
Et Mater candida
Iam nos tu protege
Ab hoſtis maquina.

CARMEN SAPHICVM.

Pro Glorioſsimo Patriarcha Divo Joſeph.

VIrginis Sponſus Genitricis almæ
Numinis Diui, nitidumque germen
Stipitis claræ, Procerumque prolis
Regibus aptæ.
Tu Patris, Joſeph, titulum fatemur
Prolis æternæ meruiſſe terris,

Et

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et tu is Jesum puerum cubantem
Sæpè lacertis.
Angelos inter nimiùm coruscas
Purus omnino, fruerisquè Solis
Sede sublimi, radijs tegentis
Sydera cuncta.
Astra, Luna, & Sol typico ministrant
Alteri Joseph, meritò coacti;
Sed tibi Jesus placidus tenetur
Subditus esse.
A Deo supplex precibus potenti
Solus exoras homines faveri;
Et notas omnes sceleris fugari,
Poscis amore.
Subveni nobis miseris sub orbe,
Et manu serva, properans libenter,
Hostis vt noster pavidus revertat
Terga frequenter.

LIBER

(c) 2007 Ministerio de Cultura

LIBER SECUNDVS.

SECTIO VNICA.

IN QVA DIVERSA EPIGRAMmata pro varijs ſcopis inſeruntur.

EPIGRAMMA I.

O Coridon, Coridon, ſocium iam ſuſcipe Alexim,
Tecum qui ruri viuere ſpontè legit.
Ruſticitas placeat, qua miti fungimur aura;
Tranquillum, quamvis munus agreſte feras.
Otia proficiant: miratu hic digna canamus;
Et quodcumque Poli conditor egit opus.
Cnncta licèt verear, rebus non vulneror vrbis;
Eſt vbi iam merces quæque labore minor
Moribus hic populi vivo ſe motus, & horas
Tranſgredior baculo, qui mihi ſæpè comes.
Libertate fruor, nec ſum parère coactus;
Coguntur ſolum rura placere mihi.

Nec

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec privata hic, nec communis cauſa fatigat;
Quippè alijs duplex, advenit vna mihi.
Contemptum fugio; confert mea Muſa labores,
Atque ſua inceptos arva quiete iuvant.
Hic mecum modulantur aves epigrammata; quorum
Audi pauca modò; ſi mihi inire licet.
Dixero ſi quid egò, non me muſſare ſuſurres;
In vitium potius dic ceciniſſe Lyram.

EPIGRAMMA II.

Ad Guloſum.

VEntre habitas ſemper, ſolum meditaris in eſca;
Quod tibi ſint tantùm fercula, mente tenes.
Nulla, Guloſe, tuum pectus fortaſsè fatigat
Cura; culina tibi ſæpè cubile fuit.
Sunt tegumenta, truæ; ſimulat tùm teſta, galerum;
Sunt lances digitis cruſmata nata tuis.
Elixis epulis, gaudes feruere creagram;
Extis ſi aſſa tuis iàm moduletur avis.
Quidquid agis ventri, factum ſinè crimine, dicis;
Ex templis ſumis vota gerenda domi.
Menſa, altare; culina, domus; piſtor què miniſter;
Victima, ſunt pecudes; thura què, fumus adeſt.
Mandere ſi nimium comitatur fæda voluptas;
Ne carpas, rogito, viſcera dente tuo.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA III.

Ad Mendicum.

QVò mendice petis? quò te compellit egeſtas?
Tot vermes nutris, vis què perire fame?
Tanquàm ex matre, miſer, paxillo nudior, erras,
Forsàn vt innatà pelle carere putem.
Paupertate premi, non eſt deforme fateri;
Non fugiſſe ipſam, ſit tibi turpe tamèn.
Cur tibi proficuas artes ediſcere multas,
Non tentàs? tua ſit docta, & acuta fames.
Si quid inops recipis, mendici cauſa vireſcit;
Si ſimùl oblatis fis quoquè pauper, iners.
Cum ſit egeſtati ſolum ſuccurrere cura;
Pauca, nihil vè petes, ni ſupereſſe velis.
Non tibi tempeſtas poterit fortaſsè nocere;
Si non quò ponas, eſt tibi terra, pedes.
Vltrò plura tibi non defeciſſe queraris;
Paucis contento, pluribus eſt nec opus.
Conditione ſua contentus nemo tumeſcit:
Proſperior, minimo tempore, pauper adeſt.

EPIGRAMMA IV.

Ad Fortunam.

EXercet fortuna iocos, ludens què potentes
Deprimit; vt lapſos, inſupèr aſtra locat.

Mune-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Munera largitur, nec non quæ reddidit aufert;
Rapta què multotiès, rurſus habere facit.
Poſsidet ipſa manus minimas, fallit què ſequaces;
Si quid promittat, ſuſcitat indè minas.
Nos, adverſa docet, pluſquàm quod proſpera prodeſt;
Inſtruit illa viros; iſta nocere ſolet.
Præſenti numquàm fortunæ credere debes;
Luce datum primà, veſpere avara negat.
Vnica nòn dum ver, veniens effecit hirundo;
Nec nos felices efficit vna dies.
Auget honoribus immeritos plerũquè ſuperbos;
Innocuos verò, cladibus ipſa premit.
Quo maior fuerit, minùs hinc ſecura putetur;
Certum fallaci cui nihil eſſe poteſt.
Atquè, modò ſit ſæva, modò tranquilla notetur;
Quæ mater fuerat, ſæpè noverca patet.
Immeritam miſeros pœnam perferre coegit;
Nos vt credamus, ſe meruiſſe, premit.
Vertitur in gyrum, quaſi turbo volubilis eſſet;
Non què ſedere vno ſcit, nequè ſtare, loco.
Labimur adverſis, ſi declinare deorſum,
Siſtere quæ neſcit, cæperit illa rota.
Spontè ſubire iubet, vi ſed deſcendere cogit;
Nos tamen abſquè mora præcipitare facit.

ERI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA V.

Ad Tulium.

ARtes arte loqui multæ docuere ſagaces;
Ars hominem verò nulla tacere docet.
Cumque tacere ſcias, tibi defficiente magiſtro;
Artibus hæc multis ars tua maior erit.
Si ſileas, nunquàm te pænituiſſe licebit;
Dum loqueris verò, verba tuliſſe piget.
Colloquium doctis ſemper præſtabit inire;
Dat lapis ad lapidem lumina tritus ibi.
Nec benè fatur homo, qui tantum vana profari
Sponte ſolet; moris frangito crura mali.

EPIGRAMMA VI.

Ad Cygnum.

EXultans modularis olor, cum finibus hæres
Vitæ: cuius mors meta laboris adeſt?
Vita priùs dilecta nimis, quàm cantus, aberrat;
Non eſt exequias pſallere poſſe, nefas.
Intrepidus drenſas, mortis nèc mente gravaris:
Poſt vitam, requiem credis habere tuam?
Dulce tuum reffert modulamen, abeſſe labores:
Funera vel dicam grata fuiſſe tibi.
Forſitàn ad curam penoris nunc tempus adhæſsit,
Vel quo conſorti munera ferre queas?

Plo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Plorares tandèm, fueras ſi flebilis ortus,
Ad tumuli veteres conditus ire ſinus.

EPIGRAMMA VII.

Ad Tempus amiſſum.

TEmpus erat, fugiſſe queror, nihil vtile ſecum
Quod dederim, confert; nonque redire fleo.
Inter opes vtinàm tempus numerare valerem;
A quibus amiſsis, rurſus habere datur.
Eſt tempus noſtrum, ſed cætera ſunt aliena:
Vndè meum amiſsi, quarè aliena manent?
Culpa ſilet cauſas tanti irreparabilis ævi:
Si reus amiſsi iuſta querela ruat.
Vanitèr implevi, veniens prodeſſe paciſcor:
Rurſus & hoc pactum tempus & aura tulit.
Quid miror; pretioſa nimis ſi longa putaui;
Vt ſi longa forent, prætereunda citò.
Nil longum quod habet finem; ſolumque perennis
Vita iuvet, totum cui breve tempus erit.
Dumque celer moveor, Solem, nec ſydera noſco:
Vix quià viſa patent, dum ſimul ipſe rotor.
Præſentem plerumque dies ventura repellit;
Cæſlavit Boreas, ventilat Auſter agros.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA VIII.

Ad iracundum.

DVcitur vt folium vento, ſic flatibus iræ
Curris in adverſas vltor ad vſquè manus.
Igneſcit facies, oculi turbantur, & illinc
Clamores creſcunt; præpedit ora furor.
Vindictæ vrget opus, ſanguis qnè excandet in extis;
Mens fugit; abs morbo, dira phrenitis adeſt.
Si non ſedèris, ſubitò trahet ira furorem;
Aut quæris ſimiles, moribus, eſſe feris.
Ira abſit, credam tibi quidquid te Hercule dicas:
Vocibus interdum plus valet alta fides.
Sol fugat apparens tenebras, manſuetus, & iram,
Diſsipat & facie nubila quiſque ſua.

EPIGRAMMA IX.

Ad Ebrium.

ME bibere abſquè cibo, ranarum more, ſuſurras;
Tu tamèn, vt q̄ culex, non bibis abſque mero.
Plus ſolito potaſti, non cecidiſſe celebras;
Non caſura quidèm ſic quoquè mula bibit.
Vina carent clavo, quibus eſt & amica libido;
Immemor & Baccus cogitur eſſe ſui.
Deditur arbitrio, vini natura, bibentis;
Sed poſtquàm biberit, deditur ipſe mero.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pluribus à cyatis ventris menſu ra repletur:
Et ſimùl à ſolita mens ratione vacat.
Detegit arcanum Baccus, pèr po cula, mentis;
Et nequè multotiès membra t egenda tegis.
Dùm cor lætatur, cerebrum, tùm crura vacillant,
Exerces què ſimul flebilis, ore iocos,
Vltrò nec ſocium madidum pendere racemum
In furca, plores: amphora pendet ibi.
Ad riſum reliquos circùm ſi ſpontè laceſsis;
Extenſis ſtertor cruribus, ipſe iaces.
Addita viniferi capiti ſunt cornua Bachi;
Vt vires monſtrent in caput ire, meri.
Vincitur arte meri, dulci què libidine captus
Apparet, qui non victus ab hoſte fuit.
Vini Panthèras avidas venatur abundè,
Fons medicatus eo: funere vina luunt.

EPIGRAMMA X.

Ad Adulatorem.

EX nævo facies, ex fructu noſcitur arbor;
Vtque avis ex cantu, voce patebit homo.
Quid quid corde latet, facies tua muta profatur,
Nec mutata dolos ſuſtinet illa tuos.
Nobilius nihil eſt humano corde, caducis:
Propterea Dominus nil niſi corda petit.
Sunt mendaci vera, quod eſt & fumus ocellis;
Luce quià immenſa læſus vterque cadit,

Alte-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Alterius vitiùm ſimulaſti ſemper adulans:
Si taceas cautus, noſcere diſce tuum.
Vicini patulos oſtendit pera furores
Anterior: proprios, poſtica pera tegit.
Pelle, quaſi lupus, accedis velatus ovina,
Quis fueris, dices voce vlulante, tua.
Carpere quem poteras, nimiùm ſi laude corones,
Laus tua tùnc potiùs cauſa pudoris erit.
Amodò ſi merear, laudari ſæpè fugabo:
Pars mihi ſupplicij laus erit ore tuo.
Invenies fraudes velatas plauſibus aula
Principis: arcta domus ſit mea fraudis inops.
Noſcere me, credam, dicas ſi mentis inertem;
Quod ſi non dicas, me quoquè noſſe nega.

EPIGRAMMA XI.

Ad Meretricem.

DVm patulas cantu obturaſti ſordibus aures;
Ingreſſum, meretrix, obtinuere ioci.
Extractos, vultus, facias ſi turpe, rubores
Dat; celatus vult mente latere pudor.
Conſultò, vt ſit honeſta, tegit natura pudenda;
Lingua latet muris, frenet vt ora procax.
Vnda cadaueribus diſcernit callida ſexus;
Vir què ſupinus, ſed fæmina prona natat.
Nudatis humeris; velut igne libidinis vris,
Extinctos què facis ſurgere ſæpè ſinus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Depoſita tunica, numquid formoſa pudorem
Deponis? Quid agas, ore referre pudet.
Vt ſilice incluſus quandò colliditur aer,
Extracto comitis concutit igne manus;
Corporis impuri comites ſic fæda libido,
Vrit colliſu, non ſine labe, ſuo.
Affectus ſtimulant, veluti calcaria, corda;
Tu tamen affectus, luſibus apta, moves.
Atrahis aut riſu, cogis vel flebilis vnà:
Vt leviter partem ſic in vtramque feras.
Emicat excellens virtus munita pudore;
Noctis & in medio lampadis inſtàr adeſt.

EPIGRAMMA XII.

Ad Pigrum.

VT piger ægrotas animo, vivi vt què ſepulchrum,
Fulcro thorum ſervas: pectora ſomnns habet
Enervat gravitèr nimius quia corpora ſomnus:
In pigros fruſtrà ſæpè papaver adeſt.
Solvitur illa quies, quæſita labore reiecto;
Quippè ſolet ſub ea conditus eſſe dolor.
Horres ſempèr opus, manus eſt ſubmiſſa ſub alis,
Malas vè attrectans, conſulis indè nihil.
Munera ſi terimus nobis conceſſa, malignè,
Quid querimur? quæ ſint, contere, parta, benè.
Eſt ne datum Veneris tantummodò robur amori?
Deſidiæ, ſomnus? fraudibus, ingenium?

Incer-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Incertos caſus fortuna volubilis affert;
Dextera multotiès, ſæpè ſiniſtra venit.
Certa ſed ignavis veniunt ſubeunda pericla,
Et ſimulata ſibi falſa chimæra nocet.
Solve manus, vt non hyemis conſtrigat egeſtas;
I, formica docet provida, parva licet.
Ipſa æſtate ſibi, pereat nè tempore brumæ,
Quæ frumenta gregat, ſervat, & arte parat.
Quod què oblita cicada ſui, non præcavet, atquè
Saltibus, & cantu, tempus abire ſinit.
Tempore mòx brumæ, cũ certa propinquet egeſtas,
Formica exultat caſſa labore nimis.
Otia dùm veris luget tranſacta cicada,
Præteritis & non abſtinuiſſe iocis,
Impiger ad panes vultus ſudore labora.
Ante diem deſes vel miſer eſſe ſtudes.

EPIGRAMMA XIII. Ad Fœneratorem.

Æ[illegible]Ra tibi, [illegible]nam nulla, aut perpauca fuiſſent;
Non adeò mores, auguror, eſſe malos.
Hæc inventa locas ſemper ſub fœnore tuto;
[illegible]ra tibi melius non reperiſſe foret.
Ipſe fores melior, manibus renuentibus aurum,
Omnia cùm què putes eſſe ſub orbe fimum.
Si tamen, vt dives fias, hæc fœnora tractas;
Vel miſer exiſtes, vel quoque dives inops.
Nummorum ſonitu meritò privaris, & vſu;
Si quod cumque tuum dixeris, alter habet.

Gran-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Grande datum, lætaris, pondus habere metallum;
Mòx tamèn in mentem ſarcina maior erit,
Vt tua ſint fæcunda rogas, peperiſſe què gaudes,
Et velùt obſtetrix fœtibus, æra iuvas.
Non pariet, niſi concipiat fæcunda; ſed antè
Æris conceptum, vis peperiſſe tuum.
Dic nobis, quo nummos lacte, vel vbere nutris?
Vt noſter paritèr fœtus opimus eat.
Danda lucro ſolum proprio ſumuntur ab hoſte;
Redde vel vſuras vndè nocere velis.
Ærumnas ſolvis, fieri hac ſi dives avarus
Arte legis; melius nil tibi ſcire decet.
Et ſi electa fuit cunctarum peſsima; noſce,
Dicere eam quantùm ſis quoquè mentis iners.
Hac numerare dies, labentis menſis & horas,
Ediſces ſolum: ſæpè ſedere ſcies.
Non qué ſemel rubidum, deciès palleſcere vultum,
Prædictis tentes, arte, pudore, metu.

EPIGRAMMA XIV.

Ad Lurconem.

PRincipium dapibus caupona manè dediſti:
Vmbra venit, tua ſed pabula fine carent.
Ingluvie varià ventrem plerumquè fatigas:
Quæ poſsit tantum fercula ferre, dato.
Te primum non contempſiſſe putamina, ſcimus;
Grataquè pomorum non placet offa modo.

Præ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Præcocibus fruticum perturbas partubus agros;
Et vix naturam cogere sæpè vorax.
Solis ab occasu veniat, vel Solis ab ortu;
Esca tibi nunquàm non nisi rara placet.
Ventris vt imperium tendas, condita minister
Tot nova componit, quòt valet artis ope
Vera fames faciem propriam patefecit amaram,
Vt cunctis dulces redderet indè cibos.
Sint sitis, atquè fames tibi condimenta ciborum;
Arcta què delectet guttura murmur aquæ.
Dat natura cibos faciles, tu pabula solum,
Quæ fuerint, quæris sat peregrina tibi.
Ecce tibi fructus dat terra ligone subacta;
Donat aves aer, piscibus vnda scatet.
Lancibus appositas escas gallina relègat,
Cui pleramque placent grana reperta scobe.
Pulchram Cambletes dissectam in frusta cruentèr,
Dicitur vxorem nocte voraſſe suam.
Respice damna cibi, causam què libidinis esse;
Ipsius pœnam qui meruere ferant.
Ventris in ingluvie, tùm prosperitate, frequenter,
Viguit, & in molli nascitur arce Venus.
Et veluti avulsis lignis extinguitur ignis;
Deficiente cibo fæda libido perit.
Si tibi nulla est cura, nisi potabilis hauſtim:
Sicut equo, solum fossa profunda manet.
Debita redde rogo; his contentus creditor exit:
Creditor est alvus, fercula parca petit.

Om ne

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Omne ſibi vitium ſi Lurco contrahit eſcis;
Alvus, deſidiam, pelliculata cibis.

EPIGRAMMA XV.

Ad Maledicum.

PRæditus effreni lingua, fis viribus orbus,
Si quo percutias, culeus ille ruit.
Plus audire velis convicia; dicere, nunquàm;
Sic dominus linguæ, ſicut & auris eris.
Barbarie dicis me ſæpè fuiſſe locutum:
Barbarus eſt peius moribus eſſe tuis.
Vir ventrem vomitu, ſed fæmina mundat abortu;
Ore tibi vacuo, mentis aborſus adeſt.
Fœtibus indè bonis iterum ſed vterque repletur;
Quod parias nihilum concipis ipſe boni.
Linguam balbutire tuam, tua peſsima dicunt
Verba; loqui pravè te didiciſſe, vide.
Si verbis mordes, dicam de dentibus orta
Verba fuiſſe, quibus vulnera ſæpè facis.
Nil eſt, quod morſu non poſsis pungere: ſaxum
Mordes, ſi nequeas carpere & ore manum.
Scinditur ò quotiès, illæſo corpore, veſtis!
Sed tua ſciſſuram vulga ligata luit.
Flamine ſcintillas auges; extinguitur ignis
Sputis: ore, velis, fiat vtrumque tuo.
Vertitur interdùm iaculum, ſeù miſſa ſagitta,
Vt quoque mittentis vulneret ipſa manum.

EPI

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XVI.

Ad Puellum.

EFfuge amate puer turpis præcepta magiſtri;
His nè imbutus eas, diſcere cum ſit opus.
Eloquium paucis conceditur; omnibus extat
Communis virtus; non ad vtrumque via.
Si ignarus fueris, paleas imitaris aduſtas;
Tædia dant fumo, ſed nitor omnis abeſt.
Omnibus antè thorum ſolers perpende diebus,
An tibi reſtet adhùc, quodquè patraſſe iuvet.
Qualis amicus ſit, qualem què fuiſſe, rogabis;
Si reliquis bonus eſt, & tibi talis erit.
Sit ſenior quicumque pater; fraterquè iuventus;
Quæque puella, ſoror; quæque ſenecta parens.
Sint medicina tuæ mundi tentamina menti;
His compreſſus ages gratior eſſe Deo.
Quid proprio præſtans operi, eſt parère parenti;
Ne paſtor fias, dum toleraris ovis.
Te pater eſt puerum paſſus, quem ferre teneris,
Et lecti iratum, nunc tolerare decet
Cernit & quando dilectum verbere natum,
Cogitur; & fulget vulnere patris amor.

EPIGRAMMA NVII.

Ad Equitem.

NOs animus genuit, ſub conditione reſurgit
Qualibet: arte domum cuique levare licet.

Ædi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ædificare tuam, maioris dicitur artis;
Non maius natis hanc habitare, decus.
Nobilitas, fætus peperit plerumquè ſuperbos;
In mores verò nil genus illud agit.
Qualis ſit ſubeundus equus, perpendere oportet;
Non genus; è turpi patre micare valet.
Tardus, equum pedibus celerem, producit aſellus:
Lex bona, de pravis moribus orta viget.
Ducitur à membris nomen, vel caſibus ortum;
Naſoni celebri naſus aduncus erat.
E nervis, Nerva; à ſurarum robore, Sura;
Scipio, ab offitijs; à pietate, Pius.
Si tu facta velis patrum ſplendore ſecuta,
Iungatur virtus nobilitate tua.
Quippè Iovis quamvis non ſis de germine natus,
Per tua geſta tamen, ſydere notus eris.

EPIGRAMMA XVIII.

Ad ſtultum.

HVmida materies nequaquam concipit ignem;
Cum ſtulto paritèr ſe tenet artis opus.
Carmina ſervarem; ne ranis vina miniſtrem;
Quæ tibi non proſunt, ſedulus alter emat.
Sunt ferulæ brutis reliquis lætale venenum;
Et ſolis aſinis pabula grata nimis.
Quæ tantum ſenſus mulcent, de more probaſti;
Eſt tibi, & ora iuvat, gratus odore cibus.

Hin-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hinnulus (vt ſi ovo fuerit prognatus eodem)
Iactatur ſimilem moribus eſſe tuis,
Si ſervaret enim partus natura tenorem;
Poſt te aſinum mater iam paritura foret.
Conſilio, manibus, viva tùm voce magiſtri,
Ingenio vires addere, ſtulte, vales.
Ferrum ſplendidius manuum quaſi redditur vſu,
Et ſtudium nobis, omne peregit opus.

EPIGRAMMA XIX.

Pro ſuſcepto munere.

NOn precibus motus largitur lumina Phæbus,
Omnes quippè ſuo ſpontè calore fouet.
Poma cadunt per ſe nullo matura labore;
Solvuntur verò cruda dolore gravi.
Sit licèt exiguum munus, ſi tempore fiat,
Te, gratus dicam, bis mihi dona dare.
Carius emi, dum precibus ſum dona ſecutus,
Hæc [illegible] non gratis parta fuiſſe putes.
Sunt [illegible]etio grates, quam vis maiora dediſſes;
[illegible]non ſufficiant, dona redire iube.
Su[illegible]epit potius, dignis qui munera dando;
[illegible]r vicos etiam qui ſua tollat, habet.
Et ſi nil aliud dederim, niſi ſigna favoris;
Non ideò dives, nec magè pauper eris.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XX.

Ad Avrum.

DIvitijs, rogo, quando ſis vſurus, avare?
Quærere ſi ſolum diligis arte, magis.
Non vitæ parcis; neque prostituiſſe labori
Membra; lucrum ſi ſit, fit tibi turpe nihil.
Ipſarum deſiderio quaſi hydropicus ardes;
Viſcera quò tibi ſunt humidiora, ſitis.
Viſcera cuncta vorat tale immedicabile vulnus;
Eripit & ſenſus tot, quot avare, tenes.
Quandò apponis opes, maiori fortè dolore
Cor crucias, ardes, plus què gregare cupis.
Si tibi cura eſt ſolum cuſtodire ſepultas,
Non felix; potiùs tu miſer es, vel inops.
Num quià ſervat opes plures vrbs quælibet antris;
Murorum cuſtos hic quoquè dives erit?
Vt ſi perpetuò mundo victurus adeſſes,
Vis, nè defficiant æra, perire fame.
Non poſt occaſum gaudebis lumine Solis:
Exulta quandò Sol tibi clarus adeſt.
Nec magis eſt dives, quem plura tenere videmus,
Diceris diues, ſi nihil ipſe cupis.

EPIGRAMMA XXI.

Ad Garrulum.

IMmodicè iactaris dum tua Garrule narras
Facta; mihi verò futilitate noces.

A ven-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

A ventis, qua ſi nauis defficiente ſaburra;
Vertitur in gyrum mens ratione carens.
Diccris ſapiens, tua ſi compreſſeris ora;
Nec nobis placuit garrula ſemper avis.
Dicere multa breui patrio ſermone licebit;
Non tamen in longo dicere pauca decet,
Vtile ſi tantúm dicas breuitate decenti;
Linguaci ſolùm, verba ſecuris erunt.
Et ſi ſtulta audire pudet, nè ſtulta loquaris:
Vlnà ſæpè tua tu qucquè menſus eris.

EPIGRAMMA XXII.

Ad Tulium.

VNus eras, ſed ades, mutatis moribus, alter;
Ipſe tibi cum ſis, non ades ipſe mihi.
Cum que malus fueris, pravi mutato figuram;
Et benè cùm mutes, ipſe manere velis.
Alterius nequè ſub forma quid turpe licere,
Cred[illegible]s: tuò propria quando patraſſe negas.
Conti[illegible]eat quam vis & vultus mala ruborem:
A[illegible]acito vultu noſcere corda vales.

EPIGRAMMA XXIII.

Ad Monachum.

MEnte vagus recipis, oculis quæcumque gerúntur,
Proſpicis attonitus, ne quod oportet agas.

Quid

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quid prodeſt ſi fallax exteriora ſerenes;
Dum tua, tempeſtas, interiora vorat?
Eſt Paradyſus enim, ſeù, vita monaſtica, cœlum,
Vtquè bonis hilaris, fit quoque pæna malis.
Vita trahit meritum, fuerit ſi vita beata;
Hoc tamèn eveniet non ratione loci.
Pèr medios ſemper laqueos incedimus orbis;
Nè lupus inſontem (reſpice) captet ovem.
Vt què intus virtutis amor credamus adeſſe:
Inſolito calca vomere colla lupi.
Parce operi proprio, tua nòn ſit amica voluntas;
In te vel proprius, ſurget vt hoſtis, amor.
Gaudia nulla feras, tua ſit neglecta voluptas:
Separat interdum cor modulamen avis.
Otia ſint odioſa, cinis nè creſcat amoris:
Labentes horas decipit arte labor.
Dum ſocios ſtimulas verbis. non corpus aratro
Inferre, inviſo ſæpè labore, neges.
Si maiora geras, minimum geſſiſſe putato:
Non aliter mundi tu immulachra teres.
Sæpè, humilis quamvis ſis, expedit eſſe ſuperbus:
In compeſcendis proficit ira, malis.

EPIGRAMMA XXIV.

Ad Martyn.

NIl quamvis poſcam, triſtis, ne intrante videris;
Me vacuum, videas lætus, abire foras.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et mihi pollicitus, ſed nòn promiſſa dediſti;
Non aliter tibi, ni ſpontè, ligatus ero.
Solve manu promptà quidquid promiſſeris ore.
Creditor aùt meritò iam tua colla premet.
Orto velle, nequis, neglecto in tempore poſſe;
Noli velle malo, perdere poſſe bonum.
Multa paras, rerum tamen eſt tenuiſsimus vſus,
Vt quid enim quæris quo tibi non ſit opus?
Et ſi non ſatieris adhuc ſub montibus auri;
Sub centone quidem poſcere plura vales.
Dona negata inopi cogèris reddere tandèm;
Iure tenèris eis; eſt què tuliſſe, nefas,

EPIGRAMMA XXV.

Ad Agricolam.

DVm Cœlum precibus penetras, terrāquè ligone,
Rus de promiſsis fallere poſſe puta.
O quotiès venturus, opes, quas fertilis annus
Eſt tibi pulcritus, formoſiùs habet!
Aera ſi obſervas, non mittes ſemen in agros;
Sed nequè ſervatis nubibus, arva metes.
Spe gemitur pretio, mandantur ſemina terræ,
Et tantum tribulos hæc dare culta ſolet.
Bis mihientes ſecum circinat illa labores;
Spe media, turbo verſatur aura leuis.
Aſtra mouentur adhuc, & Cœlum volvitur axe,
Spes & adhuc meſsis, quæ tibi reſtat, adeſt.

Noli

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Noli auras Cœli tantùm, pluvias vè precari;
Plus decet Authoris tangere sæpè fores.
Cuius enim vultum tellus tremuisse fatetur;
De duris saxis elicit Author aquas.
Nec sola ex pluvia tellus, seu flatibus Euri,
Agricolis fructus, Sole iuvante, parat.
Multotiès glacies lædit, vel concremat æstas;
Vel iuvat hæc flammà, rore quod illa fouet.
Post hyemem fructus quoties æstate secamus,
Hac què truci, vernans surgere spica solet?
Tu nequè tutus eris, fuerit dum messis in herva;
Æstu vel marcet; grandine sive perit.
Numina, dùm fruges veniunt, clamore vocato.
Et ne evanuerint semina iacta, roga
Mulsa para Cereri postquàm lustraverit agros,
In cuius laudem, vere ineunte, canes.
Versacrum facito, collum cui querna corona
Ornat; & hinc grates fertilitatis erunt.
Vota & si pereant tanto quæsita labore;
Tunc abijt (dices) [illegible]

EPIGRAMMA XXVI.

Ad Pulcrum.

COme comas formose puer, da tempora crin.
Fæmineos vultus chromate pinge rubro.
Effuge, dùm valeas, pluvias, vel Sole cremari,
Vt pateat vultus mollis vbique cutis.

Pura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dum nimis patiantur, plus quia sæpè resistunt;
Cedat sed corpus molle, pati que vetet.
Salmace sic mollis tantum de fonte bibisti,
Vt mihi de sexu iàm dubitare licet.
Est tibi vox infracta, comas componis & arte,
Et super insperso pulvere, pulcer ades.
Artificis formam quarè subducere tentas?
Ars tua numquid erit pulchrior arte Dei?
Effigiem natura tuam depinxerat ortu:
Si mutare velis, pictor adulter eris.
Non facies hominis tolerat pigmenta, nec artes;
Hæc erit à cunctis vel tibi causa notæ.
Nuntiat vt Solem medius quasi gallus in vmbris,
A te sparsus odor, sæpè venire refert.
Cæsarie nixus vivis, forma què tumescis;
Si tibi sint baculus ligna caduca, cades.
Mollitèr ad citharam discis componere gressus;
Stante tamen, discas, hoste, manere pedes.
Vtere delicijs, quando fortasse labores
Fer[illegible]gatuo.
Ense[illegible]mul citharam fortis vibravat Achiles;
[illegible]ctoris vt Troià fata sepulta canunt.
[illegible] mollitie mulier sic dicta frequenter;
[illegible]s tamen humanos ducit ad arma viros.
Bis mu[illegible]sti mores, alacris què placebit honestas,
Non fucatus enim c[illegible]poris iste decor.
Culta nouella dedit fr[illegible]ges, si tempore flores;
Tu [illegible]ra nucum, nunc sinè flore, metes?

© 200[illegible] Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XXVII.

Ad Lapidarium.

DElectas oculos parvi fulgore lapilli,
Inſtitor, inſanos allicis arte tua.
Inſtabiles animos quotiès ò gemma fefellit!
Eſt incerta cui fama, velùt pretium.
Vnus enim pendit nihili, quod & æſtimat alter·
Quod ſit inane tamen noſcit vterque vitrum.
Num quis enim lapidum virtutes explicat omnes;
Quas intús vires gemma vel vlla tenet?
O quotiès veram ludit conflata per artem!
Alterius pretium fecit & iſta minus!
Pendimus en nauci, quod tanto dicis haberi;
Si à noſtra pendet credulitate lapis.
Omne quod eſt pulcrum manat de fonte ſuperno;
Cuius amore, bonum, ſi rapiamur erit.

EPIG[illegible]

Famelicus.

IN me dira fames pugnat crudelior enſe;
Contra ipſam verò nil mea tela valent.
Mentis producit, quoniam ſubtilis, acumen;
Ingenium ſed ego nolo vr[illegible]ente fame.
Virgilij neque ſacra fames ſic e[illegible]nterit exta;
Abs dubio ſacrà iàm mea maie[illegible]erit.

Qua-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Qu .oet arte nimis si dicimus esse magistram,
Quomodò eam possim ferre, docere velit.
Sed nequè noscit amicos, ignorat que parentes;
Quam qui interficiat, solus amicus erit.
Arma tua oppositis vidisti sæpè repulsa;
Fortior àt venter cedit vbiquè fami.
Non & ci aggeribus, fossis que resistimus; intùs,
Et sinè ferrò trux comprimit exta virùm
A recto quoquè, si saturari quærat egestas,
Declinat: ventris non nisi vota colit.

EPIGRAMMA XXIX.

Ad Præsulem.

LVcidior reliquis largitur lumina Phæbus;
Hoc tamen impuro, clara nec astra micant.
Exemplo prodes, si vis fortassè præire;
Ni capiti proprio fortè nocere velis.
Increpat officio Præsul, seù munera donat;
Sicut [illegible], mandat vtrumque geri.
Est bo .s, ob meritum plebis, plerumquè creatus:
C scelus, vt pravus, Iudicis arma trahit.
[illegible] ndare vales mores; si negligis, vltrò
licti fies tu quoquè sæpè comes.
dit, & quando rigidè compescere pravos,
Fistula nè fias, quam [illegible] uis aura mouet.
Corripe tùm ferr fr .es vehementer, & igne:
Dum [illegible] ma.um prosperitate putes.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Corripit humanos Dominus, quos diligit artus;
Munus & exercet Præsulis, atque Patris.

EPIGRAMMA XXX.

Ad eumdem.

ESt vbi terrarum, Nauclerus scire tenetur;
Astra Poli, & sub aqua quanta latere solent.
Pulvere non plenus maculas perpendit ocellus;
Alterius sordes nec maculata manus.
Ore doces alios, recta vt præcepta sequantur;
Exemplo potiùs carpere & ante decet.
Præsulis est munus, quamvis pulcherrima virtus,
Pluribus interdùm vis comitata malis.
Cui debet virtutis inops accedere nunquàm;
Præditus hac verò sæpè coactus adit.
Donèc tempestas cordis sedaverit vndas,
Imperij curis non dare vela velis.
Nam si percutias charum sinè crimine fratrem,
Tu potiùs crimen, quo caret ille, tenes.

EPIGRAMMA XXXI.

Ad eumdem.

VT nebulis pereunt ferventis lumina Solis;
Affectu nimio lux rationis abest.
Proficit ira tamen, sævo violante ministro,
Admissum duci sæpè ad ovile gregem.

Pas-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pastor oves mandis, non fiet fortè tumultus;
Si lupus accedat, solus & iste luat.
Non sceleri ignoscas, præsentia fortiter vrge;
Postera vel vitium curret in æva tuum.
Non què minora vores, permissis grandibus; arcta
Nostra premit bibitus guttura sæpè culex.
Pastor ab impressis cognoscit gressibus agnum;
His & perpensis, quà petat ipse via.
Marcida si pateat, folijs pallentibus arbor;
Nosce quod huic radix non sinè labe latet.

EPIGRAMMA XXXII.

Ad eumdem.

FEstina lentè faciendis, dixit Erasmus;
Quippè brevi factum tempore, dicet opus.
Constat opus brevitèr, serò meditatio mentis;
Illud corripitur; permanet ista magis.
Si prius [illegible] medicamina morbis,
Cor [illegible]icuum pietas semper habebit iter.
Inn[illegible]s frustrà mores expellere tentas;
[illegible]grè à naturà, vincitur arte, datum.
[illegible]ipe secretò, quem scis peccasse latenter;
[illegible]non sufficiat, vulnus amara petit.
[illegible]arpas animo fratris d[illegible]icta superbo;
Plus sua percuties e[illegible]a furore tuo.
Est imbe[illegible]catè ferendus,
Hic [illegible]ationè quidem ferre recusavimus.

Vera

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vera licét fuerint praui delicta miniſtri;
Hoc niſi conuicto, credimus eſſe reum.

EPIGRAMMA XXXIII.

Ad eumdem.

PRæſulis acta, probus fuerit ſit finis, honeſtat;
Laude tamen maculat quæ quoquè digna, malus
Turpitèr argutus, iucundum præſtat honeſto;
Ni velit arbitrio ſpontè perire ſuo.
Incitat ò quotiès vitium ſub imagine falſa!
Inſons & poſito ſub pede caſſe, cadit.
O quotiès ſpecie virtutis decipit orbem!
Sub dulci veluti melle venena latent.
Vulnera quæ non curas, mòx reſecare parato;
Infirmi què geres, tùm què medentis, onus.
Si non tempore fiat, fit medicina venenum:
Vtilis in cuncta vertitur arte modus.
Quod propria virtute nequis, ratione ſequetur;
Pondus & infeſtum viribus arte ſubit
Blanditijs agita, non ſemper verbere prouelit
Redduntur tactu lenia poma, manus.
Sæpè ſalis modico conditur dulcitèr eſca;
Eſt modus in rebus, dulcis & eſſe vales.

EPIGRAMMA XXXIV.

Ad Subdi[illegible]um.

DE cordis veluti inflammanti[illegible]lore;
Corpora de claro miſtica fonte bibunt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

R ctorem pateris, ſed eum meruiſſe putato:
Cuius & eſſe tibi, ſub ditione decet.
Non celeri naui clavus, non fræna caballo,
Sufficiunt; inſit mi moderator eis.
Solator baculo, quamvis lacereris amara
Virga; hæc eſt animi, ſanguinis ille comes.
Non eſt omnis enim ſolum qui verberat, hoſtis;
Sed nequè qui parcit, ſolus amicus erit.
Verberibus punit, proprio fortaſſe dolore;
Quos pater hæredes manè ſubire facit.
Incipit à modicis virtus vt culmen habere;
A minimis etiam noſtra ruina venit.
Non dat aroma ſuum, niſi ſuccendatur, odorem;
Virtutis què notas non niſi preſſus homo.

EPIGRAMMA XXXV.

Ad eumdem.

D Ebi[illegible] aratro;
A [illegible]nillo vè negas reddere colla iugo.
Ex[illegible]is, ſumpto què labore, ſequuntur honores;
[illegible]on què ſinè ærumnis vomeris arma iuvant.
[illegible]ita non turrim ficedula deſerit altam,
[illegible]i ſolito fiunt cymbala grata ſono.
[illegible]callis obducitur aſlu[illegible]acta ligoni
Sæpè manus; ſentit [illegible]ox tamen ipſa nihil.
Si quid h[illegible]eris, hoc ſubeunte labore
Fie[illegible]. honeſta manent; deficit ille labor.

De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De turpi, è contrà, fuerit ſi capta voluptas;
Iſta fugit velox, & tibi turpe manet.
Purus aquam puram, puris de fontibus hauri;
Implicitas paleas nè ſimùl ore trahas.
Sacra tibi, quocumquè petas, ſocietur honeſtas;
Aut mentis ſocius ſæpè reatus erit.

EPIGRAMMA XXXVI.

Ad eumdem.

FInem cuncta tenent, ad fructus terra creatur;
Eſt equus ad curſum; ſunt ad aratra bobes.
Apta miniſterijs debet natura vacare;
Debitor officio ni remanere velis.
Contrahimus vitium tenui plerumquè labore;
Maiori virtus indiget arte tua
Frigida potamus febrientes pocula, quamvis
Credamus noſtris eſſe nociva malis.
Propter vilia multotiès contemnimus aurum:
Ignotum paritèr quodcunt vtrumque, puto.
Vannus enim ſolùm paleis conſervat inanes;
Vtile ſed granum turpitèr ire ſinit.
Terra ferax ſegetes, viles aut ducit avenas;
Elige tu ſemen, ferre & vtrumque vales.
Conſona virtuti nec iam fugiſſe queraris,
Auribus antè tuis quando inoleſta putes.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XXXVII. Ad eumdem.

BLanditias, frater, quarè poſtponere ſentis?
Collum vel dulci ſuppoſuiſſe iugo?
Delitias natura, ſemel quò tangit adeptas;
Ipſis igenti terga labore dedit.
Quodlibet extremum fuge, ſi tutiſsimus ire
Vis; medium virtus inter vtrumque tenet.
Elige de multis vnum, non plura ſequaris;
Vnum ſufficiet, dùm bene & illud agas.
Abſtinet illicitis, tenui fortaſsè labore,
Qui ſe ſe interdùm temperat à licitis
Ignes qui, vel aquas, vt commoditate fruatur,
Suſtinet; vnà non abſtinet ille die?
Venter enim pinguis, mentis non gignit acumen:
Dat parile ingeſtis tale tribunal opus.
Non pedibus ſolum, ſed moribus ire tenemur,
Vnde Dei bonitas corda reperta iuvet.
Taliter [illegible] Deus, ále, humano dignus amore,
Qu[illegible] feciſſe placet, præter amare, nihil.

EPIGRAMMA XXXVIII. Ad eumdem.

[illegible]n vir ab incæpto vi[illegible]endi tramite aberres;
[illegible] Ad tua iucundus ſ[illegible]ra redire velis.
Non oculo[illegible] d[illegible]na amiſſa caduca,
Nè li[illegible]cu ſolvas, eſt quod amare nefas.

Eſu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Esuriens errabat ovis de montibus, illa
Cui pius ipse Deus fit via, fitquè cibus.
Consilium exaudire priùs, solertèr amato;
Quod si errare velis, præcipitantèr age.
In summo capitis natura locavit ocellos,
Dirigat vt gressus, aut opus indè suum.
Quod certamen inis, non est quoque viribus impar,
Grande què paulatim tùm quoquè fertur onus.
Aura iuvat potiùs, nec fluminis impetus obstat,
Carbasa nauigij dexter & Auster agit.
Terrenis nil calcatis deperdis, amice:
His potius fallax mundus ad arma vocat.
Nos, vt respirare, Dei meminisse tenemur;
Propter eum vivo, tu quoque & ora moues.

EPIGRAMMA XXXIX.

Ad eumdem.

ESto humilis, non te [illegible] fallant;
Non tamen absque tui cognitione vacet.
Non mentem dicas, ò frater, habere pudicam,
Dum lustrant oculi turpia cuncta vagi.
Nec timeas pœnas, si non commisseris vllum
Fortè scelus; sceleri sit metus ille comes.
Non peccare times, dùm cœlas proptèr abyssum,
Tunc ardere times, sed scelus illud amas.
Nuda tibi virtus, virtus sit vbique [illegible]
Hanc quoquè non vitijs assimilare velis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

M ltiplici certant animi, dum viuimus, hoſte:
Contradicit enim Manibus iſta caro.
Expedit evaſus quoquè, quod cecidiſſe queraris;
Deficit interdùm pæna, ſcelus què manet.
Noſcitur humani per motus, vita frequenter
Corporis; àt per opus fit manifeſta fides.

EPIGRAMMA XXXXI.

Ad eumdem.

CArceris in tenebras fereris per proſpera ſæcli,
Præſentis vitæ ſi tibi prata iuvant.
Illecebras & amas eius, dùm (fraude notata)
Vt canis ad vomitum ſæpè redire velis.
Arbor homo eſt inverſa, ſuum deſumere debet
A Cœlo ſuccum, germinet vt per humum.
Diuerſis conſtare choros è vocibus audis;
Qualibet, & metrum, deficiente, perit.
Corpus e[illegible] ſi mẽs ſit adultera, caſtum:
Vel[illegible]n corporeis cordis adhæret opus.
Eſci[illegible]ntrepidos in te nutriveris artus;
[illegible]enies hoſtem, qui tibi amicus erat.
[illegible]periem tribuit pietas, hæc palma virorum
[illegible] & non molem flectit onuſta ſuam.
[illegible]ibus illiſus, ſapiens remanebis eodem
Sæpè loco, & lætus ſæpe per acerba feres.

EPI[illegible]

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XXXXI.

Ad amore insanum.

SErvas fæmineos (quos noli discere) mores?
Nam stultus paritèr tu si imiteris, eris.
Fæmina deponit proprium cùm veste pudorem,
Sæpiùs est quod agit, si sine veste, nefas.
Nec pudor est, ludendi si, sinè teste, facultas
Detur; eis obstat viua lucerna, nihil.
Cuncta videre cupit, cupiens fortasse videri;
Et circùm circa diligit esse viros.
Dantur vbi feles, mures; quæ sufficit ergo
Felibus, & cunctis muribus, esca datur.
Nemine nos pungente, velùt nox territat vmbris;
Eius, torquentur viscera nostra, dolis.
Appetit interdùm quæ deteriora notantur;
Hæc, ea, si à cunis vt meliora putet.
In vanum contra stimulos plerumque labores;
Blanditijs potiùs cedis vbique suis.
Impuri, fluvio, minimi si fontis adhæret
Humor; aqua, & si sit dulcis, amara patet.

EPIGRAMMA XXXXII.

Ad amicum, cuius filius perierat in bello.

IN bello natum non amisisse queraris:
Euenit hæc patri plena querela lucro.

Læ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

La ..cia rectos Natos habuiſſe, memento;
Naturam que tibi ſorte dediſſe, cole.
Ingentes rami naſcuntur ab arbore grandi;
Tales dat natos, talis ad arma pater.
Non cui, ſed per quem certarat miles, habeto,
Hoſtibus vt què ideo ſit quoquè danda fides,
Hoſtis amatur, ſi bello prodeſſe putamus;
Vtilis ergo plus natus amandus erit.
Magnanimos intèr certavit fortis, & acer,
Offitio gnarus militis, atquè Ducis.
Sufficiat de prole, bonus ſi manſerit vnus;
Si ſolus multis plus valet ipſe alijs.
Prodeſſent lachrymæ quas eius funere fundis,
Si quæ digna egit laude, ſepulta forent.
Sint nati gemitus cordis; rebus què ſiniſtris,
Exterius nobis ora ſecunda dato.

EPIGRAMMA XXXXIII.

Ad Iovem. Aurem.

Q V .. das doctrinam, Doctor, dicèris habere;
Et ſi non reliquis; nec tibi, Doctor habes.
V .. us ar va rigas, Deus incrementa parabit;
prodeſſe, Dei; non què nocere, tui.
.omines inter didicit, quæ Paulus in orbe
Protulit; in Cœlos cogitur ire priùs.
Offitium ſequeris mandentis dentis acuti;
Interd .m mordet, mandere cuius erat.

Corri-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Corrigis indignè, ni terſeris igne labella;
Impurus, ſola voce, monere nequis.
Vera loqui, ſeú diſcere, ſi neglexeris, erras:
Erroris quià tunc eſſe magiſter amas.
Lympha lavat corpus, mòx viſit ſæpè cloacas;
Et nequè munditiem detinet ipſa ſibi
Spinas ſpontè ſua, tribulos vel terra creabit;
At fruges ſapidas non niſi culta dabit.
Inflammare nequis, cor ſi non arſerit, vllum;
Frigida vox alijs, frigida corda creat.
Dicere iuſta ſtudes, eadem ſed negligis actu;
Ne invites alios, te remanente foras.
Si quod onus portare iubes priùs ipſe tuliſti;
Rebus ſervandus iugitèr ordo viget.
Nec crebrò repetita ligant; prolixa fatigant
Verba; exangue quidem corpus ab ore cadit.
Ferra trahit magnes, quamuis leuiora relinquat,
Sed nequè propenſos tu quoquè voce moves.
Sal modicè aſperſus, condit; nimius què ſanorem,
Euertit: narra pauca, ſi diſcat, ſatis.

EPIGRAMMA XXXXIV.

Ad Aſtrologum.

ALta nimis de ſyderibus reſponſa dediſti;
Miror: quo fuerint, dicito, adepta modo.
Sydera vix cernis, quarè cognoſcere tentas?
Fac properare tibi, ſi numerare velis.

Quæ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Qui Deus esse occulta iubet, scrutaris aberrans;
Iussa tibi munus sit coluisse sua.
Astrorum, perpende prius, quis conditor esset,
Quàm vanus Cœli sydera nosse putes.
Sub pedibus quod habes fortè ignorare notamus;
Sydereas & amas Solis adire vias?
Si tua multotiès tecum nescire fateris;
Mens quoque falletur ducta per astra Poli.
Et si errare Poli stellas tu dixeris, erras;
Nàm tua tantum errant dogmata falsa Polo.
Pulchra Diana etiam, per te mictura, serenat
Nubes: cùr fallis fœmina vana, virum?
Non vdæ veneri credas, nec crede Planetis;
Aut tua multoties cura peribit iners.
Nec pluvias quamvis dones, submittimur astris:
Nubs & aquas, misto turbine, sæpè negat.
Dona futura mihi, si tu promisseris, indè
Ista spe tantùm non ego dives ero.
Auribus, æris nec sonitum, promissor adæquas;
Spem [illegible] vagam, [illegible] cuncta vales.
Fallimur indè magis, Vates, cum prospera frustrà
Pe[illegible]i expectamus semper ab ore tuo.
Nos [illegible] fruſtra etiam luimus ventura, timore;
[illegible]re inviti cogimur antè diem.
Bis miser esse cupis, si vis præscire futura;
Cum vitare malum non tibi sorte licet.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XXXXV.

Ad Solem,

SOl, nunquàm renuis noſtræ ſervire ſaluti;
Eſt mihi ſi quid opus, perficis ipſe libens.
Conculcata luto non perdit gemma canorem;
Per cænoſa petens, Sol, nequè luce cares.
Nocte fatigati varia formidine, gaudent
Crinibus Aurora prata rigante ſuis.
Et ſi finita, exiſtit tua vbiquè locorum
Virtus: abſque oculis cuncta ſub orbe vides.
Dùm plantas nutris, repletur frondibus arbor;
Æſtu prata foues, ſiuè tepore iuvas.
Herua virens nemoris, creſcit; pallens què reſurgit,
Cura tua & cunctis floribus apta manet.
Ipſe à luce quidem ſolertèr dividis vmbras,
Per motum conſtat quælibet hora tuum.
Labile per motus diſcernis tempus, & annum;
Si propè ſis, ætas, [illegible] s.

EPIGRAMMA XXXXVI.

Ad Lunam.

OPpoſito, oſtendis maiores, Sole, nitores
Luna; ſed eclypſim lumine plena ſubis.
Lucis inops à Sole rapis data lumina nobis;
Atque vt rapta, ideò nocte patere ſolent.

Lumi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Lumine non duplici, quamvis cornuta, pateſcis;
Tùnc gracilis potiùs lucis egena venis.
Cernis enim noctu, connives Solis in horis;
Coniugis, vt pellex, terga tenere cupis.
Omnibus & quamvis videamus menſibus vnam;
Aſſeris audactèr quolibet eſſe novam.
A primis homines ſimilem te vidimus annis;
Non nè crepundia amas, ſivè puella petis?
Luce patente tua lætatur nocte viator;
In tua ſed ſævit lumina ſæpè latro.
Crinibus occultis medium ſub nubibus atris
Tempus agis; medium, Sole nitente, fugis.
Tempore brumali vix vis formoſa videri;
Atquè fugam Solis tu lachrymoſa luis.
Incedis bigis; conſortis quære quadrigam;
Te malè poſt pluvias fert lutulenta via.
Quo creſcis, creſcunt ramoſæ tempore corni;
Decreſcunt verò cornua fronte tua.
Accreſcit cucumis, grandiquè cucurbita ventre;
Inflatur què nimis quæ modò ſtirpis erat.
Mutat & facie, varijs què coloribus, imples
Munera telluris; pallida mittis aquas:
Candida, temperies; ventos, rubicunda laceſsis;
Aſſequio què tuo ruſtica aratra trahis.
Partubus obſtetrix, quando Lucina vocaris,
In gremio fœtus ſæpè ſopore gravas.
Continuo motu non gaudes veſtibus aptis;
Gibbam què tuà veſtis adacta venit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Labitur exhumeris, dùm macres, veſtis adhæret
Artubus, vt què tumes, rumpitur ipſa tuis.
Effuge tot caſus, & noli Sole coire;
Adverſis gaude, luxquè perennis erit.

EPIGRAMMA XXXXVII.

Ad amore inſanum.

VT iuvenis, ſolum Veneris veſtigia ſervas;
Sivè Deum ignoras, hunc vel abeſſe putas.
Arbor iter iuxtà, fructus ſervare nequibit;
Aut cupidi manus, aut temporis ira vorat.
Falluntur totiès dulci tua membra ſopore;
Percuſſus quotiès aſpidis ore peris.
Ludit fæmineos mores vir ubique modeſtus;
Fæmina ſed mira decipit arte viros.
Igne feruntur aquæ ſurſum, quibus ire deorſum
Eſt; eius ſed vi fit levis vnda gravis.
Expedit inclinare viam, nè foribus ædis
In caleas, vicos dum meretricis agas.
Nec tibi circumferre datur cùm veſtibus ignem,
Vndè nimis caleas, ſis vel aduſtus ibi.
Ignis homo eſt, intus, fragilis ſed fæmina, fœnum:
Et facilè admiſſo famine ſæpè flagrant.
Principijs obſta; non eſt ſecura loquela;
Mens quià fæmineo murmure rapta, cadit.
Semine & ex parvo creſcens, arbuſta ſinapis
Replet, aues què Poli mòx quoquè fron[illegible] ſouet.

Ora

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ora, fauos ſimulant, cera, & dulcedine verbi;
Vt duplici fallant viſcera noſtra modo.
Quæque ſuos vultus dulci cùm melle perungit,
Sic, vt mel muſcas, atrahat ipſa viros.
Nec ſemèl accenſus, cum cera extinguitur ignis;
Igni ſed potius pabula cera dedit.
Sed quia viſcoſo nè ſubmergaris in ore;
Concurſu cura lætus abeſſe ſuo.

EPIGRAMMA XXXXVIII.

Ad Patrem familias.

POndere ſuſcepto firmatur recta columna;
In latus, obliquam, flectere pondus aget.
Ni tot ſuſtuleris caſus, non munus obire
Sorte vales, oneri nec dare terga, domus.
Péſsima ſi radix non evellatur, abundè
Invito domino germinat herva nocens.
Filia nata tibi, ſ[illegible] ſ[illegible] fortè decor,
Cuſtos, evigila, iam grave pondus habes.
Turba ruit atim properat quoquè circumfuſa procorum
Virgineos què ſinus excitat ore cohors.
Non aliter ni ſi coniugij ſervabitur arte,
Quod ſint ignoras viſcere ſæpè dolos.
O quoties ſcintilla quidem contempta vigeſcit,
Parvis ſublatis & quoque noxa venit!
Floribus avulſis tantùm lætaris odore;
Suctu horum ſucco, mella peregit apis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Extra, ſi liceat, diſcrimen vivere, vive;
Dilecto damno deſes & indè rues.
Vt fumo pelluntur apes; fœtore columbæ;
Iratæ vxoris voce, maritus abit.
Effuge ſolicitus; litem non quærere, quære,
Et veniet maius, te fugiente, decus.
Si mens ſit tranquilla, tuam dominaberis iram;
Et pacem reddet fœnore, ductus amor.
Igne Deus nitido, montem deſcendit in altum;
Sed nequè defecit fumus amoris ibi.
Occurrunt violæ, vel flores ſæpè per agros,
His fit grata, licèt ſit ſalebroſa, via.

EPIGRAMMA XXXXIX.

Ad Matronam

MEns deſes nimiùm, veluti rubigine ferrum,
Mollitur: quid enim cogitat ipſa? Nihil.
Exercere colum, [illegible] mouere;
Cura ſit vxoris ſemper, & eſſe domi.
Egreſſura domum, non ornamenta marito
Fers: coràm liceat veſte placere tuo.
Non paſtas oſtendit ovis paſtoribus hervas;
Vellere quod pavit, tùm quoquè lacte, cani.
Quidquid agis, Mater, pateat feciſſe libentèr;
Sic opus incæptum dulce duobus erit.
Forma quidem turpis non te patraſſe pudicam
Dicat; virtutis ſit tibi cauſa comes.

Lap-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Capta tenetur avis, non toto corpore capta;
Vno, venator, ſic pede, lætus abit.
Corporibus diviſa niſi mens vna duobus
Coniugibus fuerit, rixa ſuperſtes erit.
Grata, placens què viro, nec ei tu Gorgona fias,
Vt velit in proprios ipſe redire lares.
Non emiſſe putes, adſis quia pulchra, miniſtrum;
Et formæ meritò cedere cuncta, tuæ.
Ferre ſenem placeat, iuvenem quem grata tuliſti;
Cui matura tulit poma, & acerba iuvent.
Eſt pudor vxoris, forma præſtantis, vbiquè
Arx fortis; longè crimen & omne fugat.
Hicquè tuà quamvis forma iungatur honeſtas:
Iſta habitant vno ſub lare ſæpè malè.
Conciliat vultus pacem, formæ què venuſtas;
Vltrix cui cedit barbara ſæpè manus.
Si què nihil facias, deſerto fortè pudore,
Gaudia (crede mihi) nec tibi terga dabunt.

EPIGRAMMA L.

Ad Avarum.

COr in ventre guloſus habet, laſcivus amore;
In lucris, cupidus, viſcera cuncta locat.
Gratâ tibi ſolum quæ donas tempora lucris
Sunt: fungi offitio reris & indè tuo.
Ignis aquas, vel poma prius iam quælibet vlmus
Dorcbit: partas non & avarus opes.

Quid

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quid nobis prodes fuerit si nuda voluntas;
Gratia vanescit, si vtilitate vacat.
Si Amnis abundet aquis hyemali tempore tantum;
Sedabit siccus quomodo vere sitim?
Vt quid opes servas? harum tibi debitor extas;
Si mercede datum, gratis habere velis.
Si possessa negas, cui non promissa daturus,
Non curatoris, pauper egebis ope.
Pauperis est charam tumulis sepelire salutem,
Si tua, cùm valeas, dona negare velis.
Fortis eris nimium, fortem si viceris hostem;
Plus si gazarum victa cupido cadat.

EPIGRAMMA LI.

Nasutus in calvum.

SVscipe quam mittit Nasutus, Calve, salutem;
O vtinam possem mittere voce comas.
Iuditium dicit, iux[illegible]
Quod capitis facio, te modò ferre rogo,
Pauperie quereris, quia semper nudus obaudis
Horas: hac capitis tegmina sume tui.
Naso fuit celebris, sua dulcis, & alta poesis;
Adiuvit famam naribus ille suam.
In calvis credam, mentem fugisse, capillis;
Mens illis non quò detineatur, habet.
Lætare impexus, nec eges tonsoribus vnquàm,
Atquè comis apti pectinis errat amor.

Cal-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Calvitiem non vitupero, ſed laudo capillos,
Tale tuum citiùs deſeruiſſe caput.
Eſſe tuis placidum, placeat; nam crinibus emptis
Defuncti coges quoslibet eſſe tuos.
Cæſſaries ornat, mox viſit fæda cloacas:
Suſtineant foricæ, quod decet eſſe foris,
Alterius veſtire comas, eſt turpe neceſſe:
Induitur proprijs nulla cloaca comis.
Et ſi ſcire velis àn formoſus videaris;
Eminùs id poſitis diſcito ſæpè tuis.
Carnea pila tibi terſa, & peregrina ſuperſtat;
Albas, quòt poſsis, divide, calve, nuces.
Temporis in ſolito, quando nos vrimur æſtu;
Exultat nudum frigore ſæpè caput.
Canitiem ſuperas, nec erit tua nota vetuſtas;
Nec niſi per calvam tu venerandus eris.
Non facile inveniet, ſi tu certaveris, anſam
Hoſtis: dilapſus ludere tela vales.
Quamvis multo ſ[illegible]enitis tetigiſſe capillos,
Abſit, adeſt què nihil carpere quod valeam.

EPIGRAMMA LI.

Ad Pulchram.

PVlchræ lætaris tenui velamine formæ;
Quæ te ſat citius detegat, ecce venit.
Quam brebiter flores, nobis mirantibus, arent;
Seù quatit aura leuis, ſivè pruina cremat!

Suf-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sufficit, vt formam quatiat, carioſa ſenectus;
Vnius lucis vel quoque lenta febris.
En natura ſtatu rarò permanſit eodem:
Quando elata magis, claudicat ipſa pede.
A ſe, non ventis, molli fundata in arena,
Corruit inſtabilis fabrica quæque citò.
Vt cerà paritèr molli vaneſcit imago;
Quæ manet in duro marmore ſculpta diù.
Quidquid inane tenes formæ, contemne venuſtæ,
Ipſa domi blandus vel tuus hoſtis erit.
Cæſaries mòx flava cadet, rugis què ſerena
Frons ruet, & ſcabrum fit quoque dentis ebur.
Curveſcent humeri, & flexa ceruice, rogabis,
Gutture criſpato, ſit nè loquela tua?
Fædabit què oculos partim nubecula parva;
Ex ipſis vel pus, nare madente, fluet.
Alba cutis quondam, perdet rubicunda colorem;
Sivè manus, dices; ſuſpicor eſſe meas.
Cedat amor formæ [illegible] caducis;
Omnia ſi fragili ſunt quoquè mixta luto.
Aſpice quam nudum pateat ſine fronde viretum
Quod viridi fuerat gramine, dives heri.
Sed neque triſtis hyems penitùs de mente recedat;
Fortè tibi pallens, cauſa ſalutis erit.

EPIGRAMMA LII. Ad Surdaſtrum.

INdiget alta fides portis plerumquè duabus:
Sunt oculi tantùm: ſufficit vna tibi?

Audi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Auditu amiſſo, nec tòt mendacibus hæres;
Obdita què eſt varijs hæc tua porta dolis.
Tecum ſæpè loqui, non verò audire teneris;
Impenſas què tibi, quas trahit ira, metes.
Tibia, non aures ità, nec philomela, iuvabunt;
Nec rudens aſinus voce moleſtus erit.
Nec tibi nocturnæ cunæ, pueriquè gementis
Vagitus facient euigilare, ſoni.
Aures ingratis rebus ſi adhibere recuſes;
Inſtitor has gratis mòx aperire vales.
Vna forás pellat, quod & altera ſuſcipit auris;
Tot nequè ſervatur tuta domus foribus.

EPIGRAMMA LIII.

Ad anxioſum theſauri.

Dites ſæpè ſequuntur opes; mendicat egenus;
In mare aquæ currunt, arida terra ſitit.
Mellis, ſicùt apis, [illegible] nergis odore,
Auri ſic ſonitus pectora ſorte vocat.
Anxiua, oblitis noctu plerumquè ſepulchris,
Ceris: opum quondam ſi quid habere putes.
Hoc ideò palles; vna palleſcit, & aurum.
Id ratione timet, ſi inſidieris ei.
Invenias vt opes, foricis non cura pepercit;
Quæſitas què manu, naribus ipſe luis.
Non mare, nec nubes, nec humũ penetrare neceſſe eſt
Æternas quæras ſi tibi gnarus opes.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA LIV.

Ad Poetam.

NOn libet authori, cum posſit, ſcribere verſus;
Non tamen ipſe poteſt, cùm ſibi fortè libet.
Carmina pæniteat mala iam ſcripſiſſe, Poeta,
Charta foret ſcriptis plus pretioſa tuis.
Mendis colloquium mixtis ſimulaſſe frequenter
Vidimus; haud mores corripuiſſe feras.
Eſt falli, alterius; proprium ſed fallere, crimen:
Hoc tamen à nobis abſit adire ſcelus.
Non cunctis quæ dicunt mens adhibenda, Poetæ;
Immò aures potiùs claudere ſæpè iuvat,
Poſtulat auxilium reliquo pro corpore lingua;
Fallacis pænas ſed quoquè ſola luat.
Non pulſes citharam ſi non ſis arte peritus;
Turpia ne reddas metra canora, manu.
Muſarum diceris avis, ſi carmina fallas
Dulciter ipſarum ductus ab arte metri.
Chorda niſi fuerit citharis contacta, canorum
Nil reſonat; lignum nil ſua metra iuvat.
Vt puro de fonte bibas, prius omne venenum,
Eijce contentum quod ſit in ore, foras.
Non pſallat Cignus, loquitur dúm gracculus ulmo;
Hic verò, cigno vere canente, tacet.
Naturæ mores valeas vt pingere verbis;
Vidiſſe, officij eſt cura, Poeta, tui.

Vana

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vana nimis quoniam fuerint si carmina, dicam;
Verborum pompa, Demonis esse cibos.

EPIGRAMMA LV. Ad Garrulum.

LAude tua semper famæ insidiaris amici;
Vitupera quando tollere voce velis.
Antè, tuos mores, vel te, perpendere debes;
Nec reliquos ludes, nec quoque flere sines.
Te laudanti, quidquam non mihi crederet vllus:
Nec tibi, si me vnquam vituperare velis.
Esse facetus amas: cunctis scurrare disertè;
Vtilius què tibi, quòd parasitus, ages.
Psittacus vt demens, perpendis pondera rerum;
Est cui vox tantùm, præterea què nihil.
Sint sinè dente sales; nec te ridente, cachinnes,
Nè fortasse geras asperitate iocos.

EPIGRAMMA LVI. Ad Luppam.

COrpora multa tenes, credam, quia corpora vĕdis;
Prosperitas vtinam parta pudore foret!
Es reliquis ingrata, cupis què vt pulchra videri:
Fallitur à proprio pectus amore tuum.
Cuique suus crepitus suaves emittit odores;
Sed sibi gaudenti terga reversa velit.
Alterius fœtum supponis, Luppa neganti;
Fœtum quisque parens tollat amica suum.

Lon-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Longævum vires maiores cogis habere;
Vix, quod amas, iuvenis ferre valeret onus.
Ætati indulge, ſalvo ſed ſæpè pudore;
Nè tua iàm fiant crimina nota foro.
Ne tabulas frangas dum nauta libidinis erras;
Naufragio navis contrahe vela tuæ.
Parva nec accipiunt multum ſibi carbaſa ventum;
Ingens nèc damnum ſuſcipit arcta domus.

EPIGRAMMA LVII.

Ad Puſillum.

OVtinam tibi poſſem dicere plura, Puſille;
Sit veluti parvus, parvula charta, ſcopus.
Exiguam quereris molem tibi corporis eſſe:
Cùm fuerit, dices, ſarcina grata, mihi.
Ingens turris erit, quamvis ſit valle locata;
Magnus & in puteo ſæpè coloſſus erit.
Pumilio verò eſt quamvis in monte puſillus:
Quem ſi quæſieris, fronde latebit humi.
Ingenio præſta, non vt de mole queraris;
En minimo digitos annulus orbe premit.
Parva licet ſit, ſcrutatur pupilla Polorum
Orbes, ſivè maris luſtrat ocellus aquas.
Semina parva tenet, viſu non capta, cupreſſus;
Et Solem rami fallere vere valent.
Mentis inops, prælongus erit; nullus què frequenter
Expers ipſius mole puſillus adeſt.

Ven-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ventre graui, cui conſtat, mentis hebeſcit acumen;
Ex tenui ſucco mens & alenda venit
Alloquium longis vetitum, tibi fortè pedeſtri
Sit: celſum ſi dent, quærito, ſaxa locum.
Inter eos verò, conſtant qui mole minori,
Si incedas, poteris, mole patere gigas.
Conveniunt ſimiles, ſimili qui ſæpè laborant
Morbo; fur verſat, fure, lupus què lupo.
Formicæ formica placet, ſimili que cicada,
Naturæ iuſſiu, parva cicada canit.

EPIGRAMMA LVIII.

Ad Scriptorem

SCribendi libros vſurpas munus iniquè
Paucis conceſſum: proficis indè nihil.
Chorda lyræ pulſatur ab incipientibus, ægrè;
Mox, numeris digitos ſpontè venire vide.
Arbor, vt ingenium, metitur flore ſecandos
Fructus: tu flores vere dèdiſſe negas.
Piratæ tantum pelagi inſidiantur onuſtas
Naues: caſſa bonis ſed tua tuta venit.
Aurum, vel gemmas, ſi quæris, viſcera terræ,
Non què cutem leuitèr vomere ſæpè fodi.
Non vltrà, nequè citrà ſit tua miſſa ſagitta;
Expedit admiſſum tangere quippè ſcopum.
Si tibi non fuerint flores, vt gramine iungas;
Inſere & alterius, tunc que rapina iuvet.

Apta-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aptatur nobis hauſtus de fontibus humor;
Quo tamen accìpias vaſe, videre decet.
Diſcere non pudeat, quod mòx ſcripſiſſe pudebit;
Nec cadat in ſcriptis fæda litura tuis.
Dixerit id primum, quod dicis, claſsicus author;
Forſitàn hæc alijs, non tibi, ferre licet.

EPIGRAMMA LIX. Ad avidum famæ.

VAneſcit fumus flamma creſcente, neceſsè,
Livoris fumus creſcit ovante viro.
Fama licèt geſtu ſit grata, eſt rumor inanis;
Quid tamen eſt rumor? ventus, & vmbra, nihil.
Hæc corpus ſequitur, vel nos præcedit, vt vmbra;
Cui contra lucem ſemper adeſſe placet.
Rumori cuicumque avidas dat credulus aures;
Nullo delectu pandit & ipſe ſinum.
Pictus acu flos nec minimum præſtabit odorem;
Aſcendat niſi de viſcere, natus humi.

EPIGRAMMA LX. Ad Maximum.

PAupertate premi vis, cum ſis. Maxime, dives?
Eſt quia ſpontinus nùm minor iſte labor?
Vt celebris fias, multis nùm veſtibus alges?
Quodque dapes inter ſit tibi vaſta fames?
Si eſt inviſa nimis paupertas omnibus orbe:
Deformi vultu cur tibi amice placet?

Cun-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cuncta tulit ſapiens benè; non ex tollitur vnquàm
Proſperitate; vllo nec cadit ipſe metu.
Vt dones inopi, dives ſis: pauper habetor
Contemptis opibus, quas dare ſæpè iuvat.
Ditantur plerique mali, prauè què tumeſcunt;
Atquè Deo grates ſe dare poſſe, negant.
Nil, quod non oculi poſsit vaneſcere in ictu,
Ipſe tenes: data ſed perdere nulla vales.
Et ſi diviſus, menſuram nominis imples
Pauperibus; Domino munera facta, puta.

EPIGRAMMA LXI.

Ad ſenem.

MOllitèr à puero quæquè exercebitur ætas;
Muneribus, iuvenes; conſilio què ſenes.
Non decet æſtati, quod hyems algore ſubegit;
Arbor cana nihil, quod populetur, habet.
Non venit annorum numero veneranda ſenectus:
Ad cultum iuvenes, moribus ipſa trahit.
Vivere dat multis natura; ſeneſcere paucis
Concedit; cupiunt mille quod illa negat.
Antè oculos ætas iuveni longinqua videtur;
A tergo ſenior reſpicit eſſe brevem.
Nullus tam ſenior, qui ſe non vivere poſſe,
Iudicet; & cui non ſit leve pondus adhuc.
Mille, quibus ſenium graviter complere fatigat,
Gaudent: ex tot enim millibus vnus eris.

Con-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Coniugium cupimus læti, paritèr què fenectam,
Tri ſtamur nactum cnm ſit vtrumque, citò
Optat pauper divitias, æger què ſalutem;
Optat ſed pubem non ratione ſenex.
Vndè venis, tùm quò pergis, iàm reſpice curvus;
Principium eſt oculos, finis & antè tuos.
Non puero, infantis ſtudium retinere licebit;
Nec iuveni, pueri; nec iuvenile, ſeni.

EPIGRAMMA LXII.

Ad Togatum.

PRæsbiter æqualis laicis ſi moribus eſſe,
Turpe eſt: quid ſi ſis moribus inferior?
Si benè tu doceas, & pravè vixeris, erras;
Te proprijs damnas vocibus antę Deum.
Semper idem, ſapiens munitus, velle teneris;
Solicitus verò dummodò recta velis.
Imbuto ventri pravis humoribus, æqua
Auxilium nullo præſtitit erca modo.
Corporis expediet maturè abſcindere membrum;
Ne ſanum, damno, claudicet omne, putris.
Præteriti memor eſto, vt caſu tangere poſsis,
Venturis rebus tu quoquè quidquid ages.
Eſt hinnitus equis proprium, canibus que latratus;
Eſt homini in celſum mente ſubire Deum,
Nam quovis portu, ſi firma eſt anchora, nauis;
Sæpius eluſo turbine tuta natat.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA LIII. Ad Marcum.

DAs operam rebus nullius sæpè valoris,
Nec tua præclaris cura vacare valet.
Vna non poteris studijs, opibus què vacare;
Implicita est curis sacra Minerva, malè.
Non minima in libris licuit contemnere scripta;
Nil què scies, si non prima elementa capis.
Plura lege, vt discas; aliqua vt fortassè refutes;
Vt teneas etiàm plurima mente, lege.
Nos imitemur apes, fabricent quæ vt mella, vagantur;
Dant què aptis solum floribus arte favos.
Si vt Midas aurum fueris fortasse secutus;
Auriculas eius tu quoquè habere stude.
A turpi prorsus minimè discernet honestum,
Inguen qui ignarus dixerit esse caput.

EPIGRAMMA LXIV. Ad ingratum.

MVnera dum petimus, nos vtiliora putamus;
His què acceptis, mòx debiliora notas.
Accepisti dona, nec accepisse negandum
Est: ingratus eris si simulare velis.
Hæc verò, si dicas parvula dona fuisse:
Reddere cum sit opus, cogeris ipse minus.
Sit licet exiguum, succurrit munus egenti;
Est & promissis iugiter utilius.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Donati nec equi dentes perpendere mando:
Sumo mi hi gratis; consulo cum quid emo.
Si memor ablati, cum qui dedit abstulit, adsis;
Dum cessant grates ore, querela ruat.
Nullæ subijcitur legi benefactor amicus:
Cogitur is tantùm dona silere data.
Quod què dedi, taceo, propria nec mente senescit:
Dicere, turpe mihi est; turpe, tacere tibi.
Semper enim suscepti nos meminisse iuvabit;
Cum verò dederis, non memor esto dati.
A te si accipio, libertas vendita luget;
Nolo quidem munus, quod tibi maius erit.
Mutua tu Domino facias meliora reduci;
Nám tibi non aliter fertilis esset humus.

EPIGRAMMA LXV.

Ad Graccum.

PErpetuo discis, sed nunquam proficis arte;
Amissas horas nec reperire vales.
Ignoras certè quid quid te scire putasti;
Mentis amor cæcus fallere cuncta facit.
Vna dies est vita, hæc Solis & incipit ortu;
Sole nitente, nitet; Sole cadente, cadit.
Luce pari, suprà que omnes Sol funditur æquè;
Cedit & auratis crinibus omne solum.
Nil dabitur pigris, hyemis qui tempore nolunt,
Frigore torpentes, solvere sæpè manus.

Artes

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Artes exerce puras, his mente labora;
Conſpurcata manus fædat & artificem.
Humanas imitantur aues plerumquè loquelas;
Quid tamèn, ignorant, dicere verba velint.
Dat natura tibi vitam, non vivere rectè;
Id verò ſtudio non didiciſſe pudet.
Si rectum ſit opus, fiat; ſi turpe, timendum;
Tàm quia lex vetuit, quàm quia turpe, nefas.
Corporis adverſus morbos medicina medelam
Donat; in errores mentis, ab arte pete.

EPIGRAMMA LXVI.

Ad Severum filijs abundantem.

NOn opibus preſſus quereris; cur prole gravaris?
Hac, tua mòx potius molliter oſſa cubant.
Nonnè alijs pecudes fortunæ munera grata?
Sit prolis numerus ſarcina grata tibi.
Inter opes numerantur oves: numeroſa propago,
Deterioris cur conditionis erit?
Arboris ex radice aſcendit ſuccus in hervas,
Radici quamvis ſuggerat herva nihil.
Grata tibi fiet, quamvis quandoquè moleſta:
Tempore lætitiæ, tempora amara leva.

EPIGRAMMA LXVII. Ad Senatorem.

OPpida lex cogit, melius ſed viva gubernat;
Illa iacet chartis; viva, ſenator adeſt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ob populi cauſam prudens plerumquè creatur,
Communi vt iuri, cedat vbique ſuum.
Vtilitas ciuis, nulla ſtatione relicta,
Sæpè ſuos humeros, vt quaſi mole, gravet.
Intrat commiſsi per portas paſtor ovilis;
Agnos atquè ſuo ſublevat ipſe ſinu.
Ipſius què greges greſſus, & ſigna ſequantur;
Abiectas què ſua voce reducat oves
Ex hominum numero quærentes bella, repelle;
Tutius eſt palma, pace iuvante frui.
Seditionis enim, violenti bella magiſtri
Sunt: prauis, quot res, quærimus indè modis!
Inter enim populos conſuetos vivere bello,
Pax optata viris diſtat ab vrbe nimis.
Conſulit is patriæ, natos qui poſsidet actu
Fortunæ ſocios, pignora chara, ſuæ.
Bella latere diù, pacis fortaſſe ſub umbra,
Incautos cogit procubuiſſe dolo.
Poſcere conſilium, nec re cogente, timebis;
Non benè poſt bellum mittitur auxilium.
Sentiat immunis, belli ſpectacula, civis:
Lætus & exponet pectus ad arma ſuum.

EPIGRAMMA LXVIII.

Ad amicum.

QVidquid ab ũdat corde, frequentius ora loquũtur
Atquè modò ex verbis quod latet, ipſe ſcies.

Digo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Diligo ſi quod amas, etiam quod diligo, mavis:
Vnum vbi velle ſit, eſt alter, amicus, ego.
Non res, ecce, tuas, ſed qualis amice, voluntas
Sit, rogo: vtrùm placeat vel tibi velle meum?
Noſcitur adverſis fuerit quis fidus amicus;
Nec ſervare fidem proſperitate valet.
Cuncta tibi dono, præter vadimonia, amice:
Libertas tantùm proſit amata mihi.
Sacra fames lucri plures conduxit in vnum;
Quod ſi deficiat, fictus amicus abit.
Vaſa vetuſta ruunt, veteri gaudebis amico;
Quo minus illa manent, permanet iſte magis.

EPIGRAMMA LXIX. Recentèr nuptus.

NOn de coniugio quererer, ſi coniugis expers
Eſſem: ſed gratum ploro fuiſſe mihi.
Advehit ingentes mulier fæcunda labores;
Vna eſt, ſi ſterilis, ſarcina ſola mihi.
Exoptant piſces naſſas intrare; ſed intùs,
Nil aliud cupiunt, præter abire foras.

EPIGRAMMA LXX. Viduus.

AMiſſa nuper dulci ſum coniuge ſolus;
Plus vltrò ſed erit molle cubile mihi.
Longæva eiuſdem per ſortem vincula fregi;
Dignus ero multis, vincula rurſus amans.

Non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non querulus clamo, quamvis desertus hebescam;
Coniugis extinctæ nec meminisse queo.
Altera si placeat, fuerim cum liber ab vna;
In morbum morbus tunc medicamen erit.
Dum non sunt carnes, pasto plerumquè taricho
Gaudeo: post panes quælibet offa placet.

EPIGRAMMA LXXI. *Avarus.*

LÆtus sæpè tenax viuo sub mente rapaci;
Est què genus lucri, quod fit odore, mihi.
Omne mihi fas est, etiam si lucra pudori
Præstent: & licitum dicitur omne nefas.
Expectare bobes mando, dùm messis in herva est;
Hocquè bobes pereunt tempore, sivè fames.

EPIGRAMMA LXXII. *Ad Stultum.*

SIc frustrà tempus verbis trivisse fateris?
En nullum tetigit, missa sagitta scopum.
Mercibus imple navigium, non mole saburræ;
Admisso portu dummodo lucra velis.
Aulædus sis, si citharæ reputaris ineptus;
Quod valeas agito, dum meliòra nequis.
Ingenium vacuum commissæ subijcis arti;
Concipe iam fœtum, quem peperisse iuvet.
Arte docere asinum, sub fræno currere, nullus
Vidit: nec sub aqua ferra natare tulit.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA LXXIII.

Ad amicum.

NVlla eſt res talis, cuius non expedit vſus;
Multoties aliquam vel tibi reddet opem.
Maioris ſpe abſit præſenti parcere lucro;
Illo nè amiſſo, cuncta perire velis.
Commoda, ſi excedant menſuram nominis æqui,
(Exceptis licitis) præteriere modum.
Per legem vetitum, nequaquam poſcere cures;
Irrita per ventos verba dediſſe puta.

EPIGRAMMA LXXIV.

Ad amicum aulicum.

PReſſus muneribus quamvis ex Arce recedas,
Aulice, tu interius plus meruiſſe canis.
Et licèt vrbanus converſas comiter aulas;
Semper adhuc ſimulas, quod propè corda latet.
Vt captet venator aves, imitatur earum
Cantus: obſequio cogeris ipſe pari.
Protinùs eiectis à te, vt carbonibus, vri
Etſi non poſsis; igne manente vales.
Cor manibus pateat, tantis & fraudibus orbum;
Nam licet obſequijs ſæpè negare fidem.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA LXXV. Ad hoſpitem.

SIt tuus adventus iam nobis adivena gratus;
Si mihi proficias, optimus hoſpes eris.
Optimus hoſpes eris breviter ſi es rurſus iturus:
Et ſi geſta domi non quoquè ſcire velis.
Comitèr accepi, rurſus ſed comitèr exi:
Vri, ſi ſedeas iam quoquè ſella valet.
Extat vt ingrediaris porta, manusquè patentes;
Sed ſi exire velis, plus quoquè porta patet.

EPIGRAMMA LXXVI. Adſenem.

ABſquè pudore ſenex, quaſi Sol ſine luce, putetur;
Luci adverſantur nubila quæque ſuæ.
Laudamus pueris velari ob geſta, pudore,
Ora: ſimul que nefas quod ſit in ore ſenis.
Effuge iam laqueos, annoſa vt callida vulpes;
Callidior què tibi, diſce cavere dolos.

EPIGRAMMA LXXVII.

Feſtina lente.

FEſtinanter agis vitam, nil perficis arte;
Aſparagis citiùs coctus abire ſtudes?
Non erit ecce dolor magnus, lætare: memento
Quod tua defficiet tempore pæna brevi.

Num

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Num catulos cæcos vis quod peperiſſe canamus?
Quod fieri, aut quanto tempore, dicat opus?
Si rebus ſpatium dederis quod quæque requirit;
Recto opere interdum tempus abibit iners.

EPIGRAMMA LXXVIII.

Par pari ovis.

ANna tibi ditem conſortem quæris inertem:
Plus, credo, nummos diligis Anna, viro.
Nubere ſi cupias & inops; cum divite, crede,
Cogeris admiſſo ſæpè placere viro.
Vnquàm nec iuveni grata eſt carioſa ſenectus,
Qua, ſi non moritur, vivere poſſe negat.
Conveniunt ætate pares, æqui que monetis;
Eſt quibus inductus non violentus amor.
Elige de multis inopem, ſi forſitàn vllum
Duxeris, aut licitum cum ſit habere procos.
Eſt manſuetus, inops; eius placabilis ira;
Quo què die rixas, tuta què nocte, moves.
Eiuſdem que minæ, tonitrus ſine fulmine nubis,
Sunt; terret ſenſus, nonquè fragore nocet.
Nulla, licèt iubeas, tibi lis nocturna cubili
Eveniet; non huic garrula lingua nocet.
Quoque velis ſemper veluti feſtuca movetur:
Non que ſuas vltor ducet ad ora manus.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA LXXIX.

Munera partitur natura.

OMnia dat natura; dat vnicuique neceſſium:
Vni ſed ſoli non dare cuncta poteſt.
Compenſat quandoquè, quod ipſa negavit in ortu;
Subtili auditu, nil quoque talpa videt.
Provida, nè tecum donis dicatur avara;
Deformi vultu, verba placere dedit.

EPIGRAMMA LXXX. *Ad Sextum.*

RApta vxore tua, non de raptore queraris;
Namquè tuum quod erat, fert ſibi raptor onus.
Non ſolum ſolet eſſe vxor formoſa marito,
Pulchra placet reliquis; ſed ſibi turpis adeſt.
Intermitentem tua das curantibus æra;
Continuæ medico, gratior ipſe dato.
Excitet & quamvis furti medicina dolorem;
Sanus vt evadas multa moleſta feras.

EPIGRAMMA LXXXI. *Ad Maximum.*

NOn accerſit tot bellorum pugna ſodales,
Quòt tibi convivas menſa vocare ſolet.
Tempeſtate fugit veniente, domeſtica hirundo,
Accedit verò ſi aura ſecunda patet.

Dif-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Difficile eſt omnes quod tu lucreris amicos;
Quod non ſint hoſtes ſit tibi amice ſatis.

EPIGRAMMA LXXXII. Ad nuptum, uxor.

NVbere nolebas; renui quoque nubere tecum;
Tunc & amor noſter conſonus ecce fuit.
Nil niſi me eſſe procùl, conſtantèr paſtor amabas;
Quod dilexiſti, diligo; vade procùl.
Adverſo Aſtrorum curſu ſed verſa voluntas,
Iam tua velle refert, præter amare, nihil.
Debilior què viro fuerit cùm fæmina ſemper;
Me quoque (non dubites) fortiùs aſtra movent.
Diligo iam quod amas, mecum dùm nubere mauis;
Diſplicet & ſolum nunc mora quæque mihi.
Quæ procùl antè à te facies, & membra placebant;
Sint propè; vel tecum, ſi propiora velis.

EPIGRAMMA LXXXIII. Omne cedit auro.

NIl meritum; nil verba valẽt, quià cuncta metallo
Cedunt; & nihil eſt; ære loquente, malum.
Æra, tument tantum; digitis attingere cælum,
Æris, ſi proſsit, conditione vales.
Æra, velùt gallus, proprio cantare fimento
Debent: cur aulis omnibus æra canunt?
Arcem quod facias ex vili fortè cloaca,
Non miror; dicam, viribus æris agi.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA LXXXIV.

Arte loquendum.

INgenio quamvis ingenti prædítus adſsis,
Fæcundæ primas artis habere decet.
Fundere verba vales verſuti more poetæ:
Pſittacus es verò, ſi nihil artis habes.
Sint bona, quæ fiunt genio ducente ſine arte;
Arte reges eadem, ſi meliora velis.
Eventus fieri cupias ſi ſæpè ſecundos;
Mens edocta ſatis dimicet arte tua.

EPIGRAMMA LXXXV.

Ad puellam poſt variolas.

NIl naturæ debes ò formoſa puella,
Si quod ſana dedit, ſuſtulit ægra tibi.
Deformi potiùs vultu gaudere ſit æquum:
Amittes tandèm ſana, vel ægra, nihil.
Variolas iterùm tranſactas coge redire:
Forſàn cis fugiet, quod quoque venit eis.
Venerit & ſi deformis carioſa ſenectus,
Huic labor eſt nullus; quod facit ipſa, tenes.
Deniquè mors veniat; vel te contingere nolet;
Pallida vel fugiet capta pavore procùl.
Corpore deformi latitat pulcherrima mentis
Forma; ornatur mens moribus iſta bonis.

Man-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Manturis lætare bonis, labentibus autem
Finem impone tuis, antè velipſa ruent

EPIGRAMMA LXXXVI. Ad Garrulum.

CUr dicenda taces, cùm non dicenda, loquaris?
Diſcito ſiuè loqui; ſiuè tacere, rogo.
Si quantum loqueris, ſcires; non tanta locutus
Eſſes: plus audi; dicere cuncta cave.
Flumen ubi verborum garrulitate pateſcit;
Ingenti ſtrepitu guttula mentis adeſt.
Ecce tibi ſimile eſt vas, plus quià tinnit inane;
Quo pariter credam mentis ineſſe nihil.
Eſt geminata auris, quia multa audire tenemur;
Os vnum, nè nos plura loquamur, adeſt.
Eſſe tua cogor duplici mercede ſolutus;
Arte loqui, vt diſcas, vtque tacere ſcias.

EPIGRAMMA LXXXVII. Ad amicum.

MOribus aptantur vultus, tum riſus, honeſtus
Atque habitus; ſimilis fructibus arbor erit.
Nil pravum committe, velis ſi vivere amatus;
Sis blandus puero, ſis iuveni què comes.
Mollis enim geſtus laſcivos advehit actus;
Dulcis cum rigido iungitur ille benè.
Digna frequens, contemptu converſatio fiet,
Quàntum mira patet tempore, rara, brevis.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA LXXXVIII.

Ad Equitem.

ASSiduò geſtas equitis geſtamina, Marce:
Ex collo auratum non què monile cadit.
Publica rumpis ano ſubſellia ſede perenni,
Eſt communis vbi cauſa, locus què tibi.
Geſtamen depone tuum quandoquè ſub arca;
Non humeros ſubigat Nobilitatis onus.
Indiget ignoto miſſo præcone per auras;
Vel qui delictum non pudet ore cani
Sicut opus fuerit, pariter tua fama ſequetur.
Naſcitur abſque tubà Sol quoquè notus eques.
Nou turres, non magna domus, numerus què virorũ
Condecorat: virtus deniquè ſola præit.

EPIGRAMMA LXXXIX.

Ad Fucatum.

AN tibi ſit metaxa comarum, Solis ad vmbram
Reſpicis: at Solis tunc nequè riſus abeſt.
Tot tibi raptores ſunt temporis, atque quietis,
Quòt caput undoſas dicis habere comas.
Quod pulcer videaris agit tua cura perennis:
Vmbram cerne tuam; quod què videris, eris.
Incomptum nos, more tuo, te dicimus eſſe;
Dic nobis, dic, quid dixerit vmbra tibi?

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XC.

Ad ſaltatricis amatorem.

VOlvitur in gyrum mulier de more choreæ;
Qua ſed proficiat neſcit adire viam.
Ipſa ſi læteris ibi vertigine capta;
Credito; cum riſu ſæpè libido venit.
Res inſulſa quidèm per ſe quæcumque choræa eſt;
Ergò alio exultas, qui tibi finis adeſt.
En cum ſtulta cadis productis motibus ipſa;
Stultos tùnc centum circitèr vna trahit.
Effuge, nè perdas cum ſaltatrice pudorem;
Quo caret ipſa ſimul, non nè datura tibi?

EPIGRAMMA XCI.

Pater familias.

EXemplar natis, Patris ratione, teneris
Eſſè; pares fundit fons vbi dulcis, aquas.
Ex cantu, qualis ſit avis, dignoſcitur; atquè
De vulpe evulſam cauda fuiſſe, feret.
Qualis enim fueris, ſenio præſente, notamus;
Si nolis dici, corrige facta, ſenex.
Plus (ſcito) lædit faciem verrucula parva,
Quàm reliquo maculæ corpore turba nocet.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA XCII.

Tractent fabrilia fabri.

CArmina dum ſcribis multum ſudaſſe fateris;
In vanum verò ſæpè fuiſſe refers.
Si nec ab arte petis, tibi quod natura negavit;
Verſibus interdum non levis uſus erit
Sæpius in vanum, genio renuente, laboras;
Res minimas nolens caſta Minerva negat.
Munus quiſqué, ſuum tractat: fabrilia fabri;
Bos ad aratra venit; cantibus eſt & avis.
Conficit atquè cocus, quæ ſcit, bellaria menſæ;
Edidicit figulus, quæ figulina facit.
Evigila Muſis, venias ſi Heliconis ad arva;
Carminis & flores forsàn Apollo dabit
Mercibus & montis navem velùt inſtitor imple.
Atque artem pigeat non didiciſſe tibi.

EPIGRAMMA XCIII.

Venter conditione prior.

ÆDificas ædem conſumptis æribus altam;
Qua què diù poſsis vivere, dicis, habes.
Si tibi quæ ſunt ad vitam fortaſsè neceſsè
Conſumis; quid (dic) proficit alta domus?
Æra cibis iterum, poſsis vt vivere, quære;
Vita aut defficiet, grande manente domo.

Ru-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ruris ego in medio vivam, dum venter abundet,
Nolo famam ſi ſit ſimul alta fames.
Lignis, & ſaxis, tabulis, & calce repleri
Teſta nequit: nèc eis fercula venter habet.
Antè domus tibi erat, qua poſſes æra tenere:
Nunc domus eſt; adſiunt nulla ſed æra modo.
Quære tibi laudes non fixas calce, & arena:
Maior enim geſtis laus tibi rebus adeſt.
Si nihil Auguſtus faceret niſi tecta domorum,
Laus anguſta foret, iamquè ruiſſet humi.

EPIGRAMMA XCIV. Ad Muſitatorem.

EX cunctis animantibus eſt riſibile nullum,
Sicut homo: hoc pænas mentis abire facit.
Sed quamvis ſibi ſit proprium riſibilis eſſe,
Non ideò riſus ſemper in ore decet.
Nec tibi ſubſannare licet, nàm riſus in ore
Indicat, aſsiduus mentis adeſſe nihil.
Dum que tuus riſus reliquos muſſare laceſsit;
Quid faciant, neſcis; ſed tua terga vident.
Lætitia eſt turpis, geſtu comitata cachinni;
Quò liceat, liceat riſus, & iſte grauis.

EPIGRAMMA XCV. In Impium.

IN populum crudelis ades; non ſuſtinet vllus;
Phalaridis ſceptrum nùm revocare legis?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sæpè metu plebis gaudes subeunte subactæ;
Num quid & ad vitam proficit ille metus?
Vnam cervicem cupijt Caligula tantum
Esse suæ plebi: cùr tamen ipse velit;
Audi: optabat enim si posset cædere in ictu
Vno omnes: hæc num barbara norma placet?
Cum Bacho potiùs (quamvis interficit ipse
Vivos) vita placet: surgere quippè datur.

EPIGRAMMA CX.VI. Ad Marcum.

NOn tibi solicitas, sed plebi, ò Marce, placere:
Gloria verò ex hoc non nisi vana venit.
Artibus indignis popularem quæris & auram;
Nàm populo virtus nulla placere valet:
Cui si non similis fueris, nulla arte probaris;
Gaudet enim socio turpitèr ipse pari.
Nec tanto populi læteris, Marce, favore,
Nos virtus stimulis æmula quæque ferit.
Grandis & aura manet magno subiecta timori;
Arboris haud ramus culmine tutus adest.

EPIGRAMMA XC.VII. Ad amicum.

SÆpè meas tantum demulces vocibus aures
Re tamen atquè graui proficis ipse nihil.
Vtquè canis semper cauda blandiris amicos,
Ob tua sed solum commoda cautus agis.

Essem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eſſem fortunatus ego, ſi vera loquaris;
Me qualem dicis talis & eſſe volo
A nobis ſi non abſis, excuſsus abibis.
A noſtra vt culex aure moleſtus abit.
Vultu, & voce tua ſaltim nos manè ſaluta;
Noſter vt impatiens concilietur amor.
Vtile ſit nobis quamvis non præſtet odorem
Vnguentum: ſequitur nulla ab odore ſalus.

EPIGRAMMA XCVIII. Meretrix.

NOmen erat ſervo, Maculæ cognomine noto:
Qui quoquè fullonis munere gnarus erat.
Cum que fuiſſet ei meretrix acceſſa frequenter,
A cubitu exiuit plus maculata ſuo.
Illa nimis queritur damnat fullonis amores,
Dicens, qui mihi non proficit, abſit amor.
Nec fullo ne lauor, Maculà ſed turpior adſſum;
Nomen, & offitium, læſsit vtrumque mihi.

EPIGRAMMA XCIX. Ad Blaſsinam.

SÆpè leui cauſa Blaſsina moveris in iram
In me: cùr, dicas, venerit ira modo?
Nutibus, & verbis vis pulchrum dicere vultum
Eſſe tuum: falſum ſed ſimul eſſe vides.
Pulchra licèt fueris, deformem reddidit ira;
Iraſci noli; ſic nequè turpis eris.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec fragiles sinè culpa animos torquere sit æquum;
Ferre, suam metam, sicut & ira tenet.
Sed nequè ames iras multum sub corde sedere;
Ne ad faciem redeant, sivè furore metas.
Consita nupèr humi leuiter deuellitur herua;
Id, radice tamèn mòx subeunte, negat.
Ignoro causam, vel quarè irascaris: antè
Non ventura quidem signa procella trahit?
Crede mihi, in te nulla fuit consulta voluntas:
Quam dederim causam ventus, & vnda ferat.
Ferrea nèc tantum virtus cognoscitur orbe,
Vt quidquam primis motibus æqua neget.

EPIGRAMMA C. Agricolæ.

COlligo vix fructus, iterumquè ad semina ducor,
Subditus intereà cogor, & ipse rotor.
Vror Solstitio; brumæ nèc temperor imbre;
Viscera continuus sic mea & angor agit.
Rustici adest Cœlum tegmen plerumquè cubilis;
Sentibus ad cubitum stramina ponit ager.
Affligor què domi, nihil est in rure secundum:
Sumpto solatur sæpè ligone manus.
Bos mihi servus adest, & solus paret vbique;
In sudore lauor; terra, labore premit.
Tot plagas numerare absit, quia posse negabo;
Et quia nollem aures his lacerare tuas.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA CI.

Ad Luſorem.

LVdere ſæpè, malum; peius què aſſueſcere ludo;
A ludo poteris victor habere nihil.
Principijs obſta; ſi non ceſſaveris, erras:
Nunc dabitur leuitèr; mòx nequè poſſe, puta.
Non tenera exiſtens fruitur, dum naſcitur herva,
Quali mòx gaudet conditione ſeges.
Sis hodiè victor, lucrari manè putaſti;
Falleris, hoc ſemper non tibi ſorte datur.
Eſt gaudere lucro, dulci gaudere veneno;
Nuper alit ſumptum, mòx què per exta necat.
Si quid lucratus ſis, diripit vnus, & alter;
Quod ſi perdideris, nemine dante, fugis.

EPIGRAMMA CII.

Sua ſorte contentus ſit.

NOn opus eſt, quamvis quereris, tibi futile, Paſtor
Surgit eo quantum vita labore tuo.
Dummodo paſcis oves, vela lanugine carnes;
De què gregis ſucto, tu quoquè lacte bibe.
Vtile dùm fuerit, mercedem poſcere noli,
Mandere ne duplici turpiter ore velis.
Scire parùm, profit, cùm non commiſſa facultas
Platonis poſsit ſemper adire fores.

Re-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Rebus,& excellens ſi prenſes omnibus eſſe;
E terra tandem nudus abire legis.

EPIGRAMMA C,III. Ad Sextum.

IVpiter Europam vidit, taurique figuram
Induit accedens, id nequè fraude caret.
In que ſuam converſus rurſus, vt ipſe coiret,
Blanditijs poſitis Iupiter eſt, vt erat
Sub propria verò quamvis tu Sexte figura
Ad nos accedas, mulus vt ante redis.

EPIGRAMMA C.IV. Ad maledicum.

NOn ita me laudes; melior, correptus abeſſem;
Me tua laus quoties impedit eſſe bonum?
Quippè ſemel dictum, deberi ſæpè putabo;
Dictum præcipuè ſi abſque pudore feras.
Auribus indulges, quamvis non dicere verum
Noſcam: quod placuit, tollere poſſe, nega.
Quò tua laus tendat, meritò nec noſſe fatebor;
Ipſa licet cunctis dixerit vndè venit.

EPIGRAMMA C.V.

Ad loquacem.

QVò tu terrarum raperis, quò ductus aberras
Reſpondes cæpis, allia cum ipſe loquor.

Ad

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad rem nil faris; de lente es mira locutus;
Auribus è noſtris parva ſed ipſa cadit.
Hinc extra ſaltare chorum non proficit vlli:
Nil què refert Bacho; Mercurio què nihil
Per ſpinas veluti pedibus tranſire placeret
Suſpenſis: paritèr per tua verba foret.
Fæmineo generi ſermones mitte frequentes;
Mores què ipſarum cordibus abde tuis.

EPIGRAMMA C.VI.

Vna anchora fallitur Nauis.

PRæſidio tantum ſi tu confidis in vno,
Falleris; illo equidem defficiente, peris.
Noli tempeſtate quod vna ſit anchora tantum,
Hac nequit in portu tuta manere rates.
Munere ſi duplici, ad vitam fortaſsè facultas
Vtendi fuerit, ſæpè recurſus erit.
Vnico enim rarò fit mus ſecurus in antro;
Cum poſsit varias felis adire vias.
Reſpicit adverſam lucro Medicina, ſalutem;
Caſſa vel ægrotis cogitur eſſe domi.
Aut fortuna rapit quod ſorte dediſſe fateris;
Ruris vel fruges eripit ignis, aqua.
Inſtitor aut curſum cum Quadrageſsima finit,
Emptos iam piſces vendere rurſus agis.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.VII. Ad Equitem.

MVtaſti mores tanto veſtitus honore;
Vel non æqua tibi, vel nova veſtis adeſt.
Contemnis, quia perveniſti ad culmen, amicos:
Defficiet baculus, ſi quoquè ſorte cadas.
Verus vbi fuerit, ſervari poſtulat vnus;
Iſte caret pretio; ſeù magis ære valet.
Stultus eris, veteres ſi quos conduxit egeſtas,
Veſte nova inductus, proſperitate fugas.
Finibus vndè tuis contentus viuere nolis;
Mòx extra expertus, multa pericla ſubis.

EPIGRAMMA C.VIII. Ad Marcum.

DE ingrato quandò quereris conſtanter amico.
Hinc ſtultas voces ſuſpicor eſſe tuas.
Verùs enim nunquàm poterit non eſſe fidelis;
Crede mihi; dicas, hic nec amicus erat.
Hoſte eſt deterior, nobis qui falſus habetur;
Plus ſervari ab eo cogor; ab hoſte minus.
Infidum nec opus poterit cuicumque placere:
Si placeat, fidi iàm caret ipſe notis.
Odiſſe alterius vitium, quaſi calcar habetur,
Quo nobis virtus æmula ſemper ineſt.
Pande manus viti, quò tactus guſtus abundat;
Spinas vt caveas, excute ſæpè rubum.

Sis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sis ſi dives, amicus, vel cognatus adhæret;
Ollaquè dum fervet, vivit amicitia.
Elige quem mox non te dilexiſſe moleſtum
Sit; neque dextra tua eſt omnibus æqua viris.

EPIGRAMMA C.IX. Mundana deſpice.

MOlis enim neque vis fecit, nec forma, beatos;
Sed virtus animi, dum modo recta ſubeſt.
Eſt modo rex animus; lædit modò more tyranni;
Prava, tyrannus agit; Rex, inhoneſta ruit.
Argentum nec amat, lapides, nec tecta ſuperbi;
Pondera terrarum nec ſibi pondus habent.
Tempore duratura brevi bona corporis adſſunt;
Eſt què aliena, eius forma, venuſta tibi.
Quæ fuerint animi, per longo tempore durant;
Defficiat quamvis corpus, & ipſa manent.

EPIGRAMMA C.X In Oratorem.

VErborum plerumquè volubilitate vagaris;
Dogmata, dum raperis, ſic quoquè rapta noto.
Diſsita, & alta volant; momento temporis ima,
Effugiunt aures; tum què propinqua, latent.
Verteris in girum, fueris quaſi navis inanis,
Subdita quæ vento cuilibet ipſa manet.
Liber vt evadas; ſubtùs iactato ſaburram;
Vt què quietus ſis, pondere verba liga.

Ne

© 2007 Ministerio de Cultura

Ne ſuavi ſolum florum tu vtaris odore;
Conficere ex ipſis ſi quoque mella vales.

EPIGRAMMA C.XI.

Solatur triſtem.

IN vanum quereris fortem ſi amiſſeris arcem,
Eſſe ſatis fragilem, caſus & ipſe probat.
Te pede iam metire tuo; tùm ſyndone curto
Incurvare tuos, ſit tibi cura, pedes.
Tutius eſt virtute nihil, caret iſta timore;
Hæc & in arce humili vivere tuta poteſt.
Gallica barbaries nudum ſi miſit in agrum;
Id tecum pariens fecit in orbe Parens.

EPIGRAMMA C.XII.

Ad Diſcipulum.

OMne ſub arte cadit; cedunt & cuncta labori;
Ictibus aſſiduis quercus & alta fuit.
Gutta cavat lapidem, dicendo, dicere, diſcis,
Ad quodcumque vſus quippè magiſter adeſt.
Pæniteat didiciſſe nihil; non diſcere pauca;
Aſſolet ex granis magnus acervus agi.
Debilibus vires vnquam tu viribus adde:
Hoc ſed ſi renuas, nil quoque ſcire ſcias.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.XIII.

Ad amicum ingredientem in Aulam Principis.

AVribus arrectis audi tibi dicta, Puelle;
Non exire ſinas quod ſemel intus habes.
Dulcis principio ſit quamvis aula palato;
Mox & aceto etiam percutit ora ſuo.
Duxerit Aula tibi quoties ad culmen honoris,
Maiori caſu ſæpè labare time.
Rerum ex eventu, quæ ſint adverſa fugato;
Quæ fuerint ſolum proſpera, ſume tibi.
Opportuna licèt facias, detractor anhelat
Invidus, vt terram ſæpè cruore laves.
O quoties nequè flere datur duxiſſe ruinam,
Cum tibi chara fides, ſicut amicus abeſt.
Sempèr ibi ventos reputa non flare ſecundos:
Vnquàm ſi talis flaverit, ore cape.
Reſpicias charos quamvis fortaſsè ſodales;
Intereà, dederint cum tibi terga, caue.
Concitat invidiam munus plerumquè duobus;
Vnius fabri deſpicit alter opus.
Sis cunctis lepidus, liceat nec lædere apertè;
Ne tibi ſit damno Regis habere manum.

EPIGRAMMA C.XIV.

Non male proſperitate vtaris.

PRæſidio vteris afflictus, mox captus, in ipſum
Invidia raperis, ſi propè proſper ades.

Non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non quia iam tempestas fugit, ab arbore ramos
Evellas, tutu m quo caput ante fuit.
Sic vbi te perdam, nihil amisisse fatebor;
Sumeie nàm discis, reddere & ipse fugis.
Si sinè præsidio, proprio sub Marte tueri
Ipse vales, pisces iam sine rete cape.
Iucundis, quod opus fuerit, præferre teneris;
Vtile quod non sit, gratis abesse sine.

EPIGRAMMA C.XV. Ad ingratum.

ACcepisse bonum à me solvendo fatearis;
Nec cogor, si non solveris, ipse dare.
Non accepisses, tibi si debere molestat;
Legibus ingrati debitor ecce manes.
Si quod opus fuerit, dederim tibi, debita solvo
Naturæ: hanc contrá reddis & ipse nihil
Aut pro susceptis, mihi si malefacta rependas,
Numen & vlcisci cogis vbiquè magis.
Hæc dare (cùm nil pollicitus fortasse fuissem)
Cogit, vt indè magis sæpè coactus agas.
Gratus eris si quando possis reddere, reddas:
Sed si non valeas, & mihi gratus eris.

EPIGRAMMA XC.VI. In ebrium.

ASsiduis cyatis, morboso, sexte, laboras
Gutturis affectu; munda sed ora manent.

Est,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eſt, niſi odore meri, nos iam te noſcere vanum;
Moribus es vulpes, vt quoque voce, lupus.
Incipiente die vinum, vini què bibaces
Quæris: præterito Sole, vel antè cales.
Ad potum vini ſocios clamore laceſsis;
Æſtum quippè levas frigiditate meri.
Advehit ingentem, ſic ebrius eſſe, pudorem;
Quod non ſis, totiès atque monere pudet.

EPIGRAMMA C.XVII.

Ad Oratorem.

VErborum ſtrepitu iactaris corda mouere;
Quæ maneant melius mente, referre foret.
Nil prodeſt ornata comis, ſed fructibus, arbor:
Materies ſolum iugiter ignis erit.
Vtile nec ſemper multis ambagibus vti eſt;
Re bene de minima, ſermo puſillus agit.
Pauciloquus placuit nobis, dum digna loquatur
Auditu: arrident tempore dicta brevi.
Nec quodcũque libet, tibi nec quodcumque licebit;
Maiori arte quidem plura tacentur ibi.
Non remeat verbum quotiès ex ore ſolutum
Eſt; vt avis poſtquam deſerit ipſa manus.
Et feſſus ſi adſsis, ceſſa; ceſſemus & omnes;
Altera poſt vnam guttura bucca petit.
Perquè vias paſsim nobis caupona paratur,
Laſſa viator quà membra quiete iuvet.

EPI-

© 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.XVII.

Ad Marcum.

ÆGramente licèt nos te conſtare notemus:
Non Marce, inficias alba, colore nigro.
Deglutire nequis, vultu pallente, ſalivas:
Non nè reverſa in te miſſa ſagitta fuit?
Inſidijs affert poſitis tua cauda venenum;
Vt ſi me ferias, diſſimulanter agas.
An, quod contigerit, narra, ratione ſit actum;
Non ex eventu, quale notatur opus.
Eſt in luce labor; contingit nocte voluptas;
Eſt ideò peior num tibi nocte dies?
Cuncta vocas ad crimen nilquè probaſſe videmus
Livor vbi tantum ſat patefactus adeſt.
A me, ſi vis quod valeam, diſcede parumpèr,
Nam quaſi cera meis auribus hæſſus ades.
A te diſtemus, diſtant quod ab ære lupini;
Sis ſocius quantum cantharus albus adeſt.
Si contra muſcas plerumquè flabella paramus,
Vt te abigam, ventos cogor adire fugax.

EPIGRAMMA C.XIX.

Cuique datur munus proprium.

DAs canibus paleas, aſinis das oſſa frequentèr;
Das cum militibus munus, & arma negas.

Miles

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Miles ego ſum, non ad me iam pertinet hormos:
Quippè toga indutis enſis ineptus adeſt.
Collaris tanti rapior formidine captus;
Hoſtis cui fuerit caſtra timere neſas.
Iam ſatis in bello noſtros laſſavimus artus:
Non mea, quod carpat colla monile velis.
Non mihi ſchola Parens, fiet nec chara Minerva;
Pullus ego potiùs Martis adeſſe volo.

EPIGRAMMA CXX.

Caro circa dentes lupi.

NVmmis non benè burſa ſinu ſervatur egeni;
Eſt reliquis venter maior amicus ei.
Leno quidem pravè matronam ſervat honeſtam:
Tuta, lupi manibus ſicut & agnus, erit.
Si lapides ſervare mihi, vel ligna dediſſes,
Vndiquè conſtaret iàm mea pacta fides.
Defficere tligni minimè buccela; nec vnquam
Noſtra aſcendiſſet durus ad ora lapis.

EPIGRAMMA C.XXI.

A cane morſum.

ÆDem quando tuam ingreſſus, me dente recepit
Immitis catulus, preſsit & ore femur.
Acre, ſed obſcurum, catuli ſunt ora, cubile
Hoſpitibus: numquid non tibi peius adeſt?

Alle-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Allexi, Dominum sed solum noscere, noui;
Noscat & vt reliquos, sanguine crura notat.
Sic, cùm venatum perrexeris, ora parato;
Esse tamen lepores non mea crura putes.
Mitior esse velis, ædem si visero mane;
Me aut nudis coges dentibus ire procùl.

EPIGRAMMA C.XXIII.

Vxoris fiducia incerta.

VXoris curavi, quod mea fecerat ira,
Æribus exhaustis, vulnus, & ecce fleo.
Solatur mecum; rursus quia credidit vxor,
Me nolle impensas; sit licet ira gravis.
Falleris, vxori dixi, non tuta resurgas;
Tunc, mihi cum placeas, tuta manebis ibi.
Si dederis causam mihi, rursus ad æra recurram;
Rursus & in promptu tot quoquè sponte dabo:
Nàm mercede sua fraudari nolumus vllum,
Et quotiès meritum gesseris, ære luam.

EPIGRAMMA C.XXIV.

Non adeunda sunt rursus pericula.

CVr de naufragio quereris, si evasus in vrbem
Venisti? à tergo num venit ira maris?
Mortuus àn venias, dubita, vel vivus ad oram:
Nautarum paritèr munus vtroque sedet.

Quo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quo gremio & paritèr, dubita, ſis nauta locandus;
Vitæ, vel mortis ſi tenet vnda manum.
Non quererēris enim, ponto ſi fortè periſſes;
Nec merſus faceres, quod modò ſalvus agis.
Evaſus queritur tranſacto turbine, dices;
Evaſus queritur, ſed ratione caret.
Amiſſa lugemus proſperitate frequenter;
Rurſus, & in mentem ſæpè venire, nocet.
Exulta potiùs nimium, fugiſſe periclum:
De medio multos ſuſtulit ira ſali.
Abſque labore nihil nobis acquiritur orbe:
Expertus verò, rurſus adire fugit.

EPIGRAMMA CXXV.

Tutum ama.

ATribus immunis nemo valet hoſtibus eſſe,
Quippè occurſantes ſunt, ubicumquè petas.
Sivè domi, mulier: vel te circumdabit ignis;
Migrantem vè foras, concitat vnda maris.
Non igni: non blanditijs muliebribus unquam,
Sivè mari credas: hæc tria cuncta cave.
Quomodò (ſed dices) prudens dominaberis aſtris?
Oppoſita, vt poſsis, vtere ſæpè fuga.
Non, niſi ſit ſecum, cælebs homo litigat; ignis
Vrit & acceſſos; ſit tua nauis, humus.

2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA CXXVI. Ad desponsatum.

LIber eras, iam coniugio quasi servus adhærens:
Legisti vxoris subdere colla iugo.
Dat Pater impensas, vxor descendit ab alto;
Hæc bona si fuerit, plus valet ipsa datis
Si lites, odium què habeas vbicumque recumbas;
In te iam, dices, arma tenere domi.
Rexisti olim, nunc què venis fortasse regendus;
Iam servire licet, nil que iubere. iuvat.
Ancillas curet reliquas dum manè cibare;
Nil tibi, si tu non traxeris, ipsa dabit.
Vna dies aliam sequitur, tu Sexte duabus,
Vxore ducta, lætus inesse studes.
Transijt una quidem, ducta que vxore, peregit,
Altera iam properat, qua sepelire queas.

EPIGRAMMA CXXVII. Fortunatus.

SI me felicem, veniunt quia prospera, dicas:
Aut quia fortunas aura secunda dedit.
Sum miser ecce nimis, quia nulla miserrima vidi;
Atque adversa fleo non tetigisse cutem.
Aula Dei clades adsiunt, hominumquè labores;
Hanc Deus instituit, qua probet ipse viros.
Thura dedit tantum lucrosi anxius aris;
Atque mador vultus, sudor, & omen erat.

Hor-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Horreo consilium, monitusque audire recuso;
Nam dare quod nequeo, sumere nolo mihi.
Ex hinc maiorem metuo contingere casum;
Arte quia est dignus quisque perire sua.
Nonque roges quare cecidi, si fortè iuvare
Vis: perpende, rogo, quomodò liber eam.

EPIGRAMMA C.XXVIII.

Non omne quod nitet, aurum est.

SIæra tibi promissa velis me solvere, pauper
Cum sim: nil credam difficile esse tibi.
Nec solvisse feras (fieri quod posse negamus)
Si non mendacis solvere iura velis.
Quam citius, leviusque videbimus arva vòlare;
Seù pariet citius parva locusta bovem.
Æra meis loculis quando nupsisse notasti?
Est prius apta lupo iugiter vxor ovis.
Æra latere scias, fontes què sitire perennes;
Vaccerram que fugi, sedit vbi petaso.

EPIGRAMMA C.XXIX.

Ad conductorem iuris contrafactionem.

EXorto gaudes vrbis subeunte tumultu?
Lactasti contos Matris in vberibus?
Num quasi piscator revoluto cautus in amne,
Indé tibi expectas fortè venire lucrum?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ferre nequis pacem, ſolitus quia vivere bellis,
Vt prædo, ex prædis fercula ſæpè paras.
Seditiones ob lucrum motitare, nefandum
Eſt; ſi ſoli ſint lucra gerenda tibi
Non ſibi, ſed reliquis, concivis vivere debet:
Totius, vt proſsit, commoda plebis agát.
Et quamvis nullum tibi iàm ſub pace ſequatur
Lucrum; non ideò poſcere bella velis.
Implora bellum, dum nos è pace fruamur;
Ne, caveas verò, lucra, cruore metas.

EPIGRAMMA C.XXIX.

Ad Nutricem.

LActentem puerum ſic pellis ab vbere, nutrix?
Nè dicas geſtu non peperiſſe, tuo.
Tu lactis fontem puero præbere teneris;
Priventur quamvis vbera lacte ſuo.
Vexat vbi mammas, ſugit mòx ore papillas,
Nectar ibi, & ſuctu, ſubquè calore trahit.
Nil, quamvis doleas, etiam laniata, queraris:
Lacte quidem, puero, defficiente, licet.
Si benè dum vagit, rides; lætare, puellus
Vbera ſi riſu preſſerit vngue, tua.
Ætatis ratione puer quicumque facetus
Eſt; & ſponte ſuà vellicat ora manu.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C,XXXI. Ad Fucatum.

INſanis nè? minas contemnis fortè ſupernas?
Laſcivis maribus? Sic & adhæſſa ſalis?
Allectas nè viros, quos luxuriare laceſsis?
Sunt infeſta tibi vota pudicitiæ?
Si tu reſpicias oculis fortaſsè petulcis:
Rere viros motus quomodo ferre tuos?
Quò caput eſt olim digno velamine tectum?
Quò deſponſatæ ſigna, fidele iugum?
Si diffuſa comas, retegis velanda; quid indè?
Non nè tuum ſertis vis caput indè tegi?
Cùr que fimum caudà diſtractis veſtibus effers?
Eſt tua num ſordes verrere cura ſoli?
Numquid veſte tua regnat præpoſterus ordo?
Dum què pedes ſervas, vbera nuda geris.
Piſcibus eſt multis nùm veſtis cauda, ſagena?
Incautis & eam ſubijcis ipſa viris.
O ſtrages hominum! foret evitabile damnum,
Conſona ſi ſexus tegmina cuique trahat.

EPIGRAMMA C,XXXII. Sit modus in rebus.

VTilis àn potus ſit, naturam què ciborum,
Rere prius, ſi ſit vivere cura tibi.
Qui què labor ſumptus vitæ conducat ad oſtum;
Maior, ſivè minor viribus, ecce nocet.

Eſt

© 2007 Ministerio de Cultura

Eſt modus in rebus; ſis ſi moderamen adeptus;
Inventa, dices, poſſe ſalute frui.
Sed quia mòx vbi naſceris, ægrotare frequenter
Incipis; ad vitam quod tibi profit, habe.
Non coniecturis Medici fortaſsè relinquas
Totum; nam falli doctior indè valet.
Multoties què tibi Medicorum turba nocebit,
Senſibus oppoſsitis ſi vnus & alter agat.

EPIGRAMMA C.XXXIII.

Ad Impium.

SIme reſpicias oculis, & fronte ſeveris;
Talorum ſtupidus ſanguis ad ima fluet.
Omittis nullam cauſam, precibus què negaris,
Dimiſſo & faris verbere, ſepè nihil.
Nón nè cicatricem curas remanere perennem,
Vulnus vbi fuerit? vulnera nòn nè ſatis?
Me fragilem rere, & quod ſim dilapſus ab ira:
Vt quamvis merear, iàm ſatis eccè tuli.
Ipſe tui miſereris, ſi miſeranda benignus
Cernas; nullus enim tutus in orbe ſedet.
Eccè prius lapſus ſum, quo cecidiſſe valeres;
Fautrices ideo porrige ſepè manus.
Exiguus plerumquè dolus contemnitur, vſquè
Dum creſcat; ſi nòn creverit, ipſe laret,
Non luat indignus, culpa fugiente, reatum;
Innocuus quotiès ſuſpicionè ruit!

Non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non ſit vt improbitas à te protecta, rogamus;
Sed quod dotatum debilitate, leues.

EPIGRAMMA C.*XXXIV.*

Commoda ſolum placent.

VNus quiſque ſtatum ſervat, quo vivere debet;
Sed qualem, dubito, diligis eſſe tuum.
Omnibus eſt vnus tantum; confunditur iſte,
Si tibi de reliquis ſumere pauca velis.
Eſt aliqua in quocumque ſtatu plerumquè voluptas;
Vt paritèr partem quiſque, laboris habet.
Sed quod quiſque tenet tibi delectabile, ſumis;
Reſpuis àt verò quod què laboris ineſt.
Tu de militibus faſtum, phaleras & equorum
Sumis, & in belluni, vel propè adire fugis.
Appetis ad collum pulcer, muliebre monile;
Ipſarum verò ſæpè pudore cares.
Agricolas ſequeris, renuis què madere ligone,
Evannata licet tritica multa velis.
Torcularis enim nullus ſit rumor ad auras;
In menſa verò vis ſupereſſe merum.
Impinguetur (ais) moles, vires què tumeſcant;
Viſcere nàm pleno, vita ſuperſtes erit.
Ordine quo, dices, venies cum quiſque reſurgat;
Si in mundo mixti vidimus eſſe fori.

EPI-

© 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.XXXV.

Elemosina

NOn parcus, parca que manu des semina terræ,
Reddere quam speras multiplicata tibi.
Horrea seminibus meritò vacuare sit æquum;
Si non sufficiant hæc, aliundè pete.
Propria funde tamen, nè forte seras aliena;
Ex proprijs equidem messis opima venit.
Nec concluſa domi crescunt frumenta colono;
Effusa in terras plus sibi tuta manent.
Quod currentis aquæ tantummodò vexerit amnis;
In portum cum mox veneris, ora dabit.

EPIGRAMMA C.XXXVI.

Alter alterius onera portet.

AVxiliantur parti singula membra dolenti;
Distanti què pedi servit amica manus.
Poscis opem, magnam que darem, si fortè dedisses,
A te cum petij, sicut egenus, ego.
Naufragium cum passus ego, compassus in oris
Cernebas: tuto vis sed adesse loco.
Qui vitam solus vacuus pertransit amicis,
Est sinè fructu arbor, vel sinè melle favus.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.XXXVII. Ad Pigrum.

MVlta ſimul licet incipias, nil perficis vnquam;
Finis & in rebus ſæpè coronat opus.
Vrget opus; ſed ei ſegnis ſi fortè reſiſtas,
Reddetur fallax craſtina ſæpè dies
Admotis plauſtro manibus, tunc Numina ſolers
Invoca, vt hinc moveas, arte iuvante, rotas.
Exerce què molam, ſi non vitare farinam
Ipſe velis: ſegnis qualibet arte perit.
Naue ſemel merſa, rurſus non ire recuſes
In mare: compenſet damna iterata via.
De pravis, ſtudium poterit tibi reddere mores
Frugales: quid agas ſegnis, & ipſe vide.
Delitiarum vſus noſtros effæminat artus;
His tamen aſſuetis nos neque terga damus.
Hoc ideò conſueta manus ſi forſan aratro
Extitit; ex ipſo fertur ad arma levis.

EPIGRAMMA C.XXXVIII. Fallax, & avarus.

CÆlatum fallax cecidiſſe thoreuma, puellus
Ad puteum querulus clamat, egenus ope.
Væ mihi, ſublimi tunc voce, quis extrahet illud,
Dixit: id abſorbet iam putealis aqua.
Quàm citiùs merſum, putei deſcendit ad imum!
Iſta mihi ſemper pœna ſuperſtes erit.

Qùo

©2007 Ministerio de Cultura

Quòt mala, quòt rixas à iurgatrice parente,
Me miserum, timeo: quot què flagella feram.
Huic pius accedens lachrimas siccavit avarus:
Quid sibi contigerit, protinùs ipse rogans.
Cum causam luctus, pueri didicisset ab ore,
Inquit, nè plores; ecce daturus opem.
In què statim putei, nudatus vestibus, vndas
Ingreditur cupidus, quò sibi lucra ferat.
Interea puer exuvias abeuntis ad ima,
Subripit; & profugus fert leve vestis onus.
Emersus què statim fraudem cognovit avarus;
Vestibus, & luget, quid spoliatus agat.
Nil erat in putei (queritur) nisi calculus imis;
Nil erat, & pœnam credulus ipse luo.
Multa parat mundus, sunt cuncta, sed irrita nobis
Hæc avidus quærit, nil sed habere notas.
Pro nummis, lapides, pro delicijsque labores,
Invenit, & tandem sic spoliatus abest.

EPIGRAMMA C.XXXIX.

Ad loquacem.

AVribus es factus nostris plerumquè molestus:
Multa loqui solitus, dicere pauca soles.
Omnia, dùm loqueris mussas, maledicis, & erras;
Errores comites garruliratis habes.
Quid clamas? agitata sonos emittit arundo
A ventis, similes; vana sit ipsa licèt.

At

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Atquè nihil, quasi vitra solent pellucida, cælas;
Ostendis què statim viscere quidquid habes.
Ponderis & quod corda tenent, effundis in auras;
Te ferat aura levis; si retinere fugis.
Aera funde prius, si vis haurire liquorem;
Pellit vt admissum vas & inane suum.

EPIGRAMMA C.XL. Audax animus.

MVnera prætendis, remis, velis què solutis,
Per medios fluctus tutus & ire paras.
Arguit ingentes animos prensare suprema,
In quibus amissis, sit voluisse satis.
Quod vires superat, si non fortasse sequatur,
Non fortis culpa semper id esse feras.
Attamen humanas si non excesserit vllas;
Quærere, cuique licet; quod nequè laude caret.
Mentis inops potius, dicetur sæpè vel amens,
Qui vellet fieri, quod quoquè posse negat.
Vt bove, venari Lepores; Cervos què sagena,
Si velles; risu dignus vbiquè fores.

EPIGRAMMA C.XLI. Concordes animi.

O Felix! ò mira satis concordia rerum!
Adversa ò quoties membra coire facis!
O commune decus! radix ò pacis amatæ!
Nequities tecum non habet vlla locum.

2007 Ministerio de Cultura

Naturæ humanæ ſpecimen præſtantis es ipſa;
Et tecum vtilitas publica firma nitet.
Ex hominum cœtu feritatem pellis agreſtem,
Expulſa quorum calliditate viges.
Coniugium firmum ſolidas, & coniugis ora
Conſorti cogis ſæpè placere ſuo.
Ædificas multas, ſervatis civibus, vrbes;
His & protectis, lex ſtabilita manet.
Concordes in idem quoquè conſpirare tenentur
Remi; vel perdet per mare navis iter.
Templa profana tibi priſcorum ſuſtulit olim
Turba; diem quoquè, quo turba litaret ibi.
Ipſa fugas rixas, animi & certamen aberrat:
Et tecum dulcem dat lyra tacta ſonum.

EPIGRAMMA C.XLII.

Ex moribus quiſque patet.

QValis enim ſis; Patria quæ, qualeſque parentes,
Ignoro penitus; conſtet vbiquè notis.
Sunt de pelle notæ, nil quamvis dixeris, ipſæ
Fantur; quas audis ſuſpicor eſſe tuas.
Labra tument nimium, dentes què albedine candent;
Et facies fuſco ſæpè colore patet.
Intortas què comas video, naſum què reſimum;
Omnia què aptari moribus iſta tuis.
Eſſe quidem vulpem teſtatur cauda frequenter;
Noſcitur vngue Leo; per modulamen avis.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.XLIII.

Mulieris conditio.

VXor, nulla quidem eſt adeò ſpecioſa marito;
Nunquam quippè deeſt cuique querela ſuæ.
Offert, vt ſapiens, vitam pro fronte virili;
Contra opponit pro morte, maligna, ſuam.
Eſt que domus mulier ſuper ædificata cloacam;
Delectat ſenſus, fit què moleſta ſitu.
Redditur exanguis fuerit ſi iuſſa tacere;
Abs ſocijs, ſecum fabitur ipſa loquax.
Et quamvis, ſicut veſtes à vepribus, adſsim
Detentus, pariter quò quoquè pungar, adeſt
Hei mihi, ſi commiſſa, tenax oſtenditur hoſpes,
Protinùs hoſpitium ſpontè relinquo fugàx

EPIGRAMMA C.XLIV.

In ſapientem non cadit iniuria.

NObilis exterius fulges quaſi turris in vrbe;
Occurſans oculis, non dominatus ades
Inſani ſi vnquam fueris contemptus ab ore;
Rurſus in inſanum ſanna redire ſolet.
Proficit ipſe nihil, tineas cum paſcere tentet;
Indignus ligula nil què nocere valet.
Prouocat haud cornix Aquilam; contempta ſed illa
Non garrit; potiùs deijcit ala comas.

Of-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Oſtenſis digito inſanis, nec noſcere oportet
Vmbram, telluris reſpice ſicut onus.
Non captant muſcas Aquilæ; ſit pendere gratum
Res nihili minimas, vt generoſus eques.

EPIGRAMMA C,XLV. Ad impoſtorem.

QVid quid ago, muſſas, reliquis q̃ ſub aure ſuſurras;
Igne ſed accenſo, mòx quaſi fumus abis.
Sicùt ad alterius dimiſsis pergis habenis
Culpas; hinc proprijs ponere fræna vales.
In ſolidum corpus quaſi vox prolata retorquet;
In tua multotiès turpitèr ora redit.
Voce carens, voces acceptas reddit & Echo;
In te quod faris, non reſilire velis
Si à ſermone vacas, nec habes quid dicere poſsis;
In te flactatur quod quoquè mente tenes.
Veſte ſub alterius nolito ſæpè patere:
In me quod referas, conſtet & eſſe tuum.

EPIGRAMMA C,XLVI. In convivas.

AMe veniſti gratis conviva vocatus;
Sume oblata ſatis fercula grata mihi.
Non vt muſſares quidquid tibi menſa dediſſet,
Advoco; ceſſent, dum manderis, ora loqui.
Eſſe cibos gelidos, praui què parumpèr odoris,
Inverſo, aut clamas, ordine ſæpè dari.

Du-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Duros in menſam, crudos vè venire ſuſurras:
Oblatos parca ſivè patere manu.
Lentis & famulum pedibus tibi vina tuliſſe;
Illoto tepidam vaſe, vel inquis, aquam
Et quamvis leuitèr non os excercet vtrumque;
Quo faris ſpatio, mandere plura velis.
Nil què tibi ſi gratum eſt; noli manè venire;
Et mihi contingens portio maior erit.

EPIGRAMMA C.XLVII. In otioſum.

NOn pellis tigridis vario formoſa colore,
Interius demit iugiter eſſe feram.
Otia nec, quamvis velles, ſimulare valeres;
Secum ſegnities advehit ipſa notas.
Cum ſupereſſe putes; potius que laboribus obſtes,
Sudorem vultus non reperire licet.
Es quaſi Centroticephenes, ſegnis què vagaris;
Everſis quà favis tu neque mella facis.
Heù potius ſaturum nunquam te melle videmus;
Cera què, ſi maneas, non erit aure mihi.

EPIGRAMMA C.XLVIII. Ad convivam.

DVm celebro nuptus, & iura paropſide fervent,
Nec muſcæ fugiunt, nec paraſitus abis.
Extollis paſtus vocem fautrice loquela;
Sed non dum loqueris, fercula ab ore cadunt.

Audi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Auditur plauſus ſpatio, quo pocula durant,
Deficiunt potu deficiente tamen.
Et ſi non fueris rurſus conviva vocatus,
Ceſſabit plauſus; tunc & avarus ero.
Per què domum tranſis, ſocijs fortaſsè ſuſurrans,
Et veluti ſcopulum navita, ſæpè fugis.

EPIGRAMMA C.XLIX. Ad maledicum

IN cunctis præſens (eſſes quaſi Petrus) adeſſe
Vis, & amas nuptu quolibet eſſe canis.
Naſus odore tuus, naſo plerumquè catelli
Præſtat; & es præſens, eſt vbicumque cibus.
Accedis primus, quamvis non ſorte vocatus
Sis: ibi cunctorum rodis & oſſa ſimul.
Progenies & nulla manet ſecura per orbem
Ore tuo; obſcurum reddis & omne genus.
Cuilibet accedis, tibi quamvis oſſa miniſtret;
Vt dentis pateat morſus vbique tui.
Cuncta aliquando luis, ligno ſubeunte cerebrum,
Quo fracti dentes, & caput ire ſolet.

EPIGRAMMA CL. Convitium deſpice.

AVribus intentis, ſi vis aperire meatus
Auditus, dictum ſuſcipe, funde nihil.
Quo maiora mihi convitia dixeris, erras;
Inferior remanes; victor vbi maneas

Si

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Si ſit adhuc in mente ſcelus, reſtinguere oportet;
Expedit augmento non dare ſæpè locum.
Audax, nec leviter, ſceleris correctus abibis,
Si forsàn ſedeas proſperitate nova:
Non punire, ſcio, quoties punire ſit æquum,
Nequitiæ matrem mente habitare tua.
Expedit aut dulci monitu mulcere aliquando,
Vlla vbi non fuerint dira flagella ſatis.
Vel ſcelus aſcindam, verbo ceſſante, dolore;
Subvenit ignis, vbi cætera nil faciunt.

EPIGRAMMA C.LI.

Non omnibus des fidem.

CRede mihi, Fili, non ſemper credulus eſto;
Sæpius eſt falli credulitatis onus.
Spontè negare fidem cunctis, ſunt ſigna tyranni;
Socordis ſpecimen ſit dare ſemper eam.
Eſſe probum nullum, ſi fortè putaveris, erras;
Quippè bonis multis debitor ipſe manes.
Caſſandræ quoniam vati non credidit olim
Anchiſes, ideò Troya ſepulta iacet.
Nonquè ſtatim, temerè nequè rebus credere debes;
Has radicitus eſt quærere ſæpè decus.
Priſcis crede viris, ſunt qui fortaſsè Deorum
Progenies, quibus eſt Attica habenda fides.

© 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.LII. Poesis laus.

O Mirabilis! ò donum Cœleſte, Poeſis,
Quam de mente ſua ſummus Apollo dedit.
Morte licèt ceſſet, non verò ceſſat eorum
Mens hominum, venit cum quibus orta ſimul.
At benè verſificandi non conceſſa facultas
Eſt multis: paucis iugiter ipſa ſedet.
Centones adſſunt multi, ſimulata rapina,
Quorum fæda ſatis nomine Muſa caret.
Scripta foret melior quandoquè poemate charta,
Vtile qnæ quidquam forſitàn acciperet.
De pravis equidem queritur ratione Poetis;
Eſſe què de ſtultis author Apollo negat.
Et ſtygiam potius ſtatuit peragrare paludem;
Tot ſtultos humeris quam tolerare ſuis.

EPIGRAMMA C.LIII. Deſpice mundi bona.

QVòt laqueos fugies, ſi tu reſpexeris altum
In Cælum! quotiès captus abire quibis!
Alæ dantur avi, vt laqueos illudere poſsit.
Humanis ratio, ſic velut ala, datur.
His modò porrectis aſcende cacumina montis,
Hinc què gigas olim, iàm tibi parvus erit.
Magna videbis parva, nihil miraberis orbe;
Formicæ potius mole patebit homo,

Tunc

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tunc tua, divitiæ, nec honor, terræ què poteſtas,
Poſt ſe nequaquam viſcera capta trahent.
Te que ſemel capto, ſi fortè evadere poſsis;
Illud iter noli rurſus adire fugax.
Iam ſemel à laqueo evaſas, imitare, volucres.
Vt capere has iterum non quo què ſæpè queās.

EPIGRAMMA C.LIV.

Mirabilis Deus in hominis ſtructura.

QVid tibi cum Solis curſu? quid Luna fatigat?
Gaude luce ſua; diſce calore frui.
Sed neque mireris celſi faſtigia montis;
Sydereos gyros, æquoris atquè ſinus.
Humanam potius poſſes perpendere formam;
Qualis & Æthereà condita ab arte micet.
Conditor aſtrorum melius reperitur, & antè
Quam ſit ſydereus cognitus ordo tibi.
Eſt ſolum laudare, tuum, neſcireque facta;
Iſta tuæ menti ſæpè profunda manent.

EPIGRAMMA C.LV.

Multa mota nocent.

AMittis vires tot rerum mole gravatus;
Excute quam primum quas ſuper eſſe putes.
Non què metas tibi fructus, quorum ſemina fudit
Alter: lætetur quiſque labore ſuo.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sic oneri ſuccumbit apis, nec proficit ala,
Dum rore extracto viſcera onuſta ferat.
Maxima damna, lucro turpi, præferre tenèris;
Hoc ſemper cruciat; tempore, damna, brevi.

EPIGRAMMA C.LVI. In mendacem.

TE nimium timeo, quia pacis imagine fallis;
Acceſſus què tuos ſæpè latenter agis.
Si occultè ſerpas, ſerpens diceris, & anguis;
Dum circum venias, nos què cavere decet.
Noli verſando verbis mendacibus vti;
Hoſte niſi forſan peior adeſſe velis.
Introrſum plerumque Leo, quando ambulat, vngues
Vertit, & in prædas ſolvit, & exacuit.

EPIGRAMMA C.LVII. Virtutis laus.

VIrtuti modicum; vitio nil ſufficit vnquam;
Debita nàm vitæ ſors nèc avara negat.
Difficiles tenet illa aditus, & fronte moleſtat
Prima; mox lenit quos propè pulchra trahit.
Nil, niſi quæ valeant nobis permiſſa nocere,
Alma negat virtus; vtile ſæpè negans
Si tibi defficiat, fuerit quod fortè neceſsè;
Id ſupplere vales ore, vel arte manus.
Et neque ſubijciuntur opes, quas præparat, hoſti;
Naufragium nequè; nec bellica pugna vorat.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C. LVIII. Sir ſolers.

ABſque animo nudum nil corpus poſſe, fatemur;
Nilquè poteſt animus dũ quoquè corpus abeſt.
Rem perpende diù: citius què gerendas, gerantur;
Cum dare dona citò, ſit quaſi bina dare.
Te quamvis moneam, quid agis, niſi fortè coactus?
Dat fructum quercus fuſtibus icta ſuum.
Calcar equum ſegnem nequaquam concitat ictu;
Eſt verò Virgæ, nobili, & vmbra ſatis.
Nec licet hinc doleas, fari prædicta recuſo;
Hæc proſint, quamvis ſæpè repulſus eram.
Auxilium mordet, quamvis plerumquè ſaluti
Conferat. O quoties poſcit amara ſalus!

EPIGRAMMA C. LIX. Pauperies ſecura.

MVlta deeſſe mihi, quererer, cũ pauca ſuperſint;
Si non dixiſſes quærere avaritiæ.
A ſummis opibus, iam paupertate fatigor;
Hinc ad opes vtinàm tranſitus iſte foret.
Ambulo ſic vacuus, ſolitis & muribus eſca
Parca caret; turbat nec paraſitus iter.
Nil ridens, neque rodẽs, grex què domeſticus aufert;
Pauperie què olita, fictus amicus abit.
Gazarum què mihi, numerem ſi tædia tanta;
Pauperiem lucrum protinùs eſſe, feram.

Eſt

2007 Ministerio de Cultura

Est nec equi virtus phaleris noscenda, nec auro;
Sed si sit cursus dexteritate celer.
Tum magis apparent sordes, quò splẽdida vestis
Plus fuerit: quod non sit maculata, decet.

EPIGRAMMA C.LX. Consilij ancipitis.

ANcipiti gladio mulces, vel cædis vtrimquè:
Quæ tibi sunt solum commoda, cautus agis.
Cum Clero, Laicus: Laicis sed Clericus extas:
Sicùt, vtrimquè tenes, Amphisibæna, caput.
Vsque puer retinere gelu, nec mittere tentas;
Sed dubius remanes inter vtrumque tenax
Nil certum spectamus, mens quiá qualibèt hæret;
Et quocumquè tuos eligis ire pedes.

EPIGRAMMA C.LXI. Ad detractorem.

NVnc Vexilli feri, antè ducis gestamen habebas;
Ex asino mores induis, ortus equis?
Quales ipse tuos ignoro fuisse parentes;
Pessimus à pravo degenerare legis?
Omni respectu trito, probitate què spreta,
Nequitiæ sequeris turpitèr omne genus.
Corpore sæpè lates, per mundum lingua vagatur;
Fama què confratrum claudicat indè tua.
Liber ab assiduo minimè plerumquè susurro
Sum: tua sit nobis lingua dolosa procùl.

Sed

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sed neque vaniloquus ducas per ſydera mentem;
Vri ſi, vt Phaeton, non quoque plauſtra velis.

EPIGRAMMA C.LXII. Sub ſpe nil difficile.

AFficitur ſemper vario vaga vita labore;
Inſtabilis quare claudicat indè ſalus.
Quam ſemel amiſsi fleo, non què redire, dolebo;
Et quantum fuerit vana medela mihi.
Acrius eſt nil deſperata ſæpè ſalute;
Vt quodcumque malum ſit mihi habere minus.
Parcit nec ſibi forſitàn inſanabilis æger;
Sed tamquàm ſine ſpe, quæque pericla ſubit.
Attamen & nocuis æger ſervabor ab eſcis;
Optatæ dùm ſpes inde ſalutis adeſt.
Ire per extremum fugiam nec deniquè funem,
Donet vbi facilem mobilis aura ſcopum.

EPIGRAMMA C.LXIII. Ad avidum.

NOn, quamvis avido, lucrũ quodcumque licebit;
Nec quacumque ex re thurifer exit odor.
Lucrum, quid quid in amiſsis acceperis, eſto;
Effuſæ tibi pars vtilis adſit aquæ.
Piſcator parva demiſſa proſpicit eſca,
Vt magnos piſces atrahat hamus ci.
Si data cæna domi ſit lucro, vt piſcibus hamus;
Inſtitor es, cænam vis que redire tuam.

Alte

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Alterius damno lucrnm & ſi perfidus auges;
Fratri peiorem morte fuiſſe puta.

EPIGRAMMA C.LXIV. Vtilia elige.

QVid nocet ignoranti; quid vè ſophiſma, ſcienti
Prodeſt? nil què nocet, nil què iuvare valet.
Vtile ſcire decet, quamvis non plurima diſcas;
De multis forsàn ſudor inanis erit.
Conſilium ratione careus nequit indè manere;
Sed neque ſtare loco; mentis ab arce ruit.
Quale ſit ex eventu, eſt, ſi perpendis, iniquum;
Per ſe iuditium dantis vtrumque probat.

EPIGRAMMA C.LXV. Ad Marcellum.

INdignè ſævis contrà, Marcelle, magiſtrum;
Hoc què docente, nihil te didiciſſe, ſcio,
Huic fonti, ſi fortè bibas, nil proficis ipſe;
Eſt tamen vtilitas indè ſecuta tibi.
Arte perito eſt aurum, quod tibi terra videtur:
Quot bona ſub pravo tegmine ſæpè latent!
Alterius doctus noli abſquè iuvamine dici;
Edocet, vt baculus, quemque magiſter, iter.
A Sole adiutus rimaris lumina Solis;
Lucis & aſpectum non ſine luce vides.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.LXVI.

Pater familias.

QVòt mihi ſunt ſervi, tòt & hoſtes ſuſpicor eſſe;
His què parum poſſum fidere, ſiuè nihil.
His ego ſi ſcelus vnius quando què remitto;
Augetur vitium, claudicat atquè bonus.
Nec facile ingenium poſſum cognoſcere cauti;
Sunt tot ei anfractus, quòt quoquè mente viæ.
Vſquè ſalis modium mecum conſumat in eſcis,
Nulli eſt danda fides: credulus eſſe nego.

EPIGRAMMA C.LXVII.

Mores cum veſte conveniant.

SInt mores equitis tibi, ſi geſtamen eorum
Antè humeros curat veſte nitere tua.
Et triſti dulcis capitur plerumquè labore
Fructus: de ſpinis halat oborta roſa.
Non quia dignus ades, tibi nos præſtamus honores;
Sed quià opus nobis vtile ſit, quod agis.
Non & honores immeritos fecere beatos,
Quorum nutriri non & odore valent.
Si velare velis digno ſub tegmine mores:
Hèù! aſinus nobis veſte Leonis eris.
Verus honor, virtus animi quæcumque, putetur;
Quam præſtare nequit Cæſaris arcta manus.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.LXVIII.

Inutilia contemne.

DVm ſimul in Patriam tendis, certare pararis;
Abijce quæ caſtris mòx ſuper eſſe putes.
Vrbs muris deſerta, incurſum ſuſcitat hoſtis;
Et facilè ipſius ſub ditione cadit.
Eius ab inſultu verò ſecura manebit,
Si apta ſibi ſecum duxerit arma ſagax.
Arma, quibus cautè poſsis & ab hoſte tueri,
O manibus quotiès ipſius hoſtis erunt!
O quotiès gladij capulum tenet hoſtis, & indè
Imminet ob verſa cuſpide, & arte ferit!
Numina nequaquam, ſceleris, ſuprema tuentur
Authorem; invaſum tui pitèr, ipſa ſauent.

EPIGRAMMA C.LXIX. *In vanum.*

IActaris nimium, fueris quià Rege locutus:
Ægrè ſi fuerit, cuique loquela licet.
De manibus iactator clavam auferre potentis;
Eripies que citò fulmen ab arce Iovis.
Rex hominum validè, quaſi Sol, illuminat orbem;
Producit fruges, atque calore fouet.
Eius & omnes æquali ſplendore fruemur,
Aſpicientis eum ſit niſi viſus habes.
Eiuſdem radijs ſi fortè tenaciter hæres,
Obtuſo viſu, quandò recedis, eris.

ERI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.LXX.

Ad vxorem.

CVr non diligo te, post mensem nupta rogasti:
Non torremus adhuc, pane que vis cadulas?
Duraturus amor, paulatim sæpè movetur;
Festinus potiùs si velit ire, cadet.
Libertas egressa fuit, freno què subactus,
Observo formam subiugus antè tuam.
Sicut enim vento perflante accenditur ignis;
Per nexum crescit sæpè duobus amor.
Nil audax, veluti cæcus, meditatur in ora,
Vtquè puer gaudet, fertur & indè falax.
Te dicis stabilem, quidquam me dante, manere:
Et si nil dederim? regredietur amor.

EPIGRAMMA C.LXXI.

Omnia tempus habent.

NOn ideò citiùs quia td dilicula servas,
Clara dies veniet: lux sua tempus habet.
Ad primos animi motus nec semper agendum;
Quod sinè consilio, præcipitantèr ages.
Non hos admissas in ventrem protinùs hervas
Mittit: depastas ruminat ipse prius.
Consule pulvinar, si casu tangere nolis
Rem: lucem melius nox tibi fortè dabit.
Esse velis præsens, vt non fallaris in hilo:
Occiput antè tenet frons tua prima locum.

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.LXXII.

Laboris munera.

FAlleris indignè, curto ſi tempore gnarus
Eſſe vellis: nihilum ſit tibi ſcire ſatis.
Pauca brevi ſpatio, quæ ſint memoranda, ſequentur;
Si virtute ſimul, viribus artis eges.
Frontis enim quantus ſudor, quæ turba laborum,
Contigit antiquis ad monumenta ſui!
Diuitijs ſpretis, calcarunt orbis honores,
Vt ſolum poſſent artibus eſſe dati.
Cuncta licèt valeas, artem ſimulare nequibis;
Ni tua amet facies erubuiſſe pati.
Dicimus ornatam doctrinæ lumine mentem,
Splendorem famæ vindicat vndè ſibi.
Eſſe quidem ſapiens, prudens deſumit ab arte;
Bellator reperit robur in arte ſuum.
Æquali princeps populum ditione gubernat;
Subiectas què manus legibus ipſe tenet.
Præter ſcire, nihil iucundum mentibus eſſe
Noſces: ſunt & eis cætera dura nimis.

EPIGRAMMA C.LXXIII.

Nil valet ars aliquando.

SVnt adverſus eos, odium quos vexat iniquum,
Impertunæ artes, arma que vana putes.

Fau-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Faucibus olim diſsidium pinxere cruentis
Antiqui: cibus huic cladis acervus erat.
Non facilè averſi rurſus iunguntur amici;
Trux inter fratres lis ſolet eſſe magis.
Alter in alterius gratis diffunditur ora;
Hoſtili que ſuá calliditate ruunt.
Conciliare tamèn ſi tu tentaveris, erras;
Materiei putridæ ſæpè dolator eris.

EPIGRAMMA C.LXXIV.

Seditionis damna.

O Dulcis pax! ò quantum noſtra exta reformas!
O belli quantum teſſera corda feris!
Sed quo deterius bellum nos pace putamus,
Id melius bellum ſeditione, puta.
Quippè vbi diſsidium, vel vbi diſcordia plebis,
Belligeræ pugnæ non niſi ſigna patent.
Eiuſdem dextrà pugnat plerumquè ſiniſtra,
Pacis & impatiens inſidiatur ei.
Seditioſus enim quia ſæpè tyrannide gaudet,
Proſequitur, quamvis increpet ipſe prius.
Ignivomus Typhon quaſi ſeditionis habetur
Effigies, dextram poſsidet haſta comes.
Lingua ſimùl tabo, dentes què rubigine manant;
Concretus fauces ſanguis & ater agit.
Clade, cibo veluti, circumquè cadavere, ridet,
Et livoris adhuc halat ab ore vapor.

Hor-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Horrendo ſtrepitu incedit circumdatus atra
Nube cruenta, eius ſub pede terra tremit.
Quid quid enim tandem concordia congregat, illud
Seditio humanis diſsipat aucta ſemèl.
O læthale malum! tantorum ó cauſa malorum!
Quo neqûè defficiunt ſæpé, furore, doli.

EPIGRAMMA C.LXXV.

Divitis fortuna.

DIvitis ò fælix ſemper fortuna loquentis!
Quod fatur, dignum laudis, vbiquè micat.
Virtutis titulo, migrant quæcumque frequenter
Verba: ſed ipſa forent pauperis ore, ſcelus.
Dives agit quæ vult, ſed inops permiſſa recuſat;
Moribus expoſitus ſed manet ille malis.
Turpia quiſque horret, ſed rarò à turpibus vllum,
Qui ſe ſe abſtineat, reperietis humi.
Terra ſalis genitrix, hervas & ſalſa negabit;
Spontè ſalem ſolum iugiter ipſa dabit
Ipſe vel eſt pravus, ſivè hæres, diues, iniqui
Qu ippè furori fit copia ſæpè comes.
Regis opes Midæ ſibi ſi, ſimul auribus, eſſent,
Cum ſocijs aſinis incola rura ageret.
Inſtar, opes, fungi diſtendunt viſcera flatu;
Inflatum ditem vix domus vlla capit.
Bucefalus quoties ornatus veſtibus eſſet,
Solum Alexandri crura equitare tulit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ne obſint, deponis cum vis benè currere, veſtes;
Abijce, ſi Cœlum quæris adire, tuas.
Has etenim ſi fortè carens ratione gubernes,
Inſtar equi, fræno dum caret ipſe, reges.

EPIGRAMMA C.LXXVI.

Nupti querela.

NVbere ſuaſiſti, cùm non foret orta voluntas;
Coniugis àt dubito quis feret iſtud onus?
Nullius iucunda boni poſſeſsio, dicis,
Eſt; ſi quis ſocijs orbus habere velit.
Amiſsi ſed ego imperium ſub dote receptа,
Cogor & iniuxtè, ſæpè tacere dolos.
Solverer exigua ſimili ſi dote ligarer.
Vt tenui chorda cum Leo vinctus adeſt.
Iurgia quòt patior! ſed ſi perpendo propinqui;
Ferre, minus què ægrè, cogor & ipſe mea.
O vtinàm pauper, forma neque pulchra fuiſſet;
His animum ſtimulis pungit vtroque meum.
Vt minimè doleam tentas ſuadere loquelis:
Intereà præſto ſenſibus ipſe fidem.
Ferre dolerem iàm me conſuetudo laboris
Edocet; hæc fortes efficit eſſe viros
Proſperitas animos truculentos ſpontè creavit;
Sub pænis metuo; proſperitate nihil.
Nil què timens, propriæ vult proximus eſſe ruinæ;
Fortuna audaces quando iuvare nequit.

Tor-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Torqueri, ſummunquè pati, ſolamine conſtat:
Fit minor adveniens quilibet indè dolor.

EPIGRAMMA C.LXXVII.

Proximus nuptijs.

PVlchra mihi venit, nec non ditiſsima coniux:
Subiectus dominis eſſe duobus ago.
Mens dubitat diſcors, & ſecum fluctuat anceps;
Si propero, indè ſequi non valet ulla quies.
Gaudia coniugij cordis coniuncta dolore
Sunt: aloes citius plus quoque melle tenent.
Inviti licèt, optamus muliebribus ulnis
Vivere; mox potius nil niſi abeſſe procul.
Dos, & forma placent, non ſpretis dotibus illis,
Quas animi comites coningis eſſe decet.
Pronuba coniugij dicetur fæda libido,
Si ſolum pulchram turpiter ipſe lego.
Si ſolum dotem cupiam, iam dicar avarus;
Moribus vxoris cedat utrumque meæ.
Morum temperies, nec non ſermonis in ore,
Sint quæ ſufficiant ſigna pudoris ei.
Dos, & forma, bonis veniant ſi moribus, ultrà
Mel ſupra laganum tunc cecidiſſe feram.

EPIGRAMMA C.LXXVIII. *Ad ebrium.*

EBrie; cùr tua, dicas, membra, pedes que vacillant,
In cerebrum ſemper (dic) ſubeunte mero?

Cu

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cùr què tremis, vinum ſi nupèr ad ora ferebas?
Ne timeas; potiùs dicito, amice veni.
Spontè vocas morbos, vini quos concitat orca:
Exta reples cyatis, vas & inane manet.
Affectus animi video; ſed neſcio quarè
Ocyùs aut rides, vel quoquè mæſtus ades?
Ridiculus pueris fieri per poculà curas?
Aut quæris notus turpiter eſſe foro?
Ne indignus, moveas, noſtra pietate cachinnos,
Spontè quia in caſum ſæpè venire velis.
Si quod agis riſu dignum, tu fortè videres;
Subſannator ibi ſolus & ipſe fores.
Mole ſolum verris, nudus què coactus ab æſtu,
Membra pudenda oculis das lutulenta meis.
A vino captus, quæ tot contexerat annis,
Noè nudavit membra pudore carens.
Multiplices, gaudes, oculo cernente lucernas;
Vna mihi eſt tantum quæ tibi bina fuit.
Quæ commiſſa tibi, vel ſint arcana propinqui,
A vino madidus cuncta patere facis.
Cuncta foras, quoniàm coguntur abire; nec alvus
Plus aliquid capiet, ſit ſi onerata mero.
Non dedit ebrietati nobis vina creator;
Ipſis verò vti ſub ratione iubet.

EPIGRAMMA C.LXXIX. Ad Puellum.

BLanditias renuit Pater, & ſi diligat imo
Natum corde ſuum: punit, amat què ſimul.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eſt & mollities quandoque Parentis inepta,
Si ex ipſa natus cuncta licere putet.
Interdum rigor eſt, ſi vtatur fronte ſerena;
Iratam faciem poſtulat vndè ſcelus.
Diuidimus partem noſtri quoquè corporis ægram,
Ne totum pereat mòx ſubeunte nece.
Dicitur à Nato durus, ſed durior extat,
Commoda dùm mentis negligat alma Pater.
Nutibus ipſius natus parère tenetur;
Si poſsit, mentem vel penetrare velit.
Vocibus, & ſi laude Pater non dignus habetur;
Laudandus veniat, ſivè tacere decet.

EPIGRAMMA C. LXXX.

Ad Oratorem.

ELogium tantùm verborum quæris ineptè;
Sub virtute (ſcias) charior ipſe fores.
Eloquio citius venit, quam fama, ruina;
Quæſitum tantá quid valet arte? nihil.
Obſcuro potius ſolator nomine amice,
Sit licèt in cauſa certus vtraquè labor.
Eſſe cupis rarus, flatus què volatilis inſtat;
Sed virtute nihil rarius eſſe puta.
Quod pauci poſſunt, hoc vivens appetit omnis;
Spernit verò quod quærere ſpontè valet.
Res & inanes, conceſſas què procacibus optas;
In verbis doctus Pſittacus eſſe ſolet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

A vicina luce ignavus poſcis & ignem;
Ad te ſi accenſam ſpectet habere domi.

EPIGRAMMA C.LXXXI.

Exulis querela.

A Patria queror, vlnis & muliebribus, exul;
Et licèt iniuxtè pulſus, vtrumque luo.
An fuerim, dubito, ſi plus exoſus ab vlnis,
Quas ſæpè vxoris ſpontè negabat amor.
Ad reditum ciues & ſi lætentur amici;
Lætari vxorem me redeunte, nego.
Si foret exilium iuſtum, ſolamen abeſſet,
Id proprij ſceleris tùm quià pæna foret.
Odit ſæpè bonos populus, ſequitur què tyrannos;
Vtitur & quoniam moribus ille ſuis.
Me probat examen, ſed non ſuccumbo, catini;
Si evado fortis, proderit artis opus.
Tempora prava modò ſunt, ſed ſperare futura,
Exulis eſt munus, deteriora fore.
In melius rerum mutari deniquè curſum,
Humani generis ſors quoquè prava vetat.
Has pænas animo ſed ſi portavero læto;
Cuncta mihi evenient gaudia, triſte nihil.
Terram pro terra, ſedem pro ſede relinquo;
Patria quippè viris fortibus omne ſolum eſt.
Continuo ferrum manuum ſplendeſcit in vſu;
Si non vtatur, fœda rubigo terit.

© 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.LXXXII.

Ad Maximum.

GRata nimis remanet, tùm cultu digna, senectus;
Cogimur atque ipsam gratis amare viri.
Cum fugiunt paritèr fiunt gratissima poma,
Manat & ex ipsis dulcis ad ora sapor.
Indicat ætatem vultus turpissima ruga;
Sed quod claudit opum mens senis, intùs adest.
Sunt exempla eius veluti præcepta frequentur;
Expertis maior sit quia danda fides.
Audit enim vulgus, recipit què exempla libentùr;
Præceptis verò sæpè resistit ovans.
Et quamvis ratio per sola exempla sefellit,
(Omnibus in rebus sint licet apta nimis)
Ipsa movent animos, imitari & discimus; vndè
Audito bello, milles ad arma volat.

EPIGRAMMA C.LXXXIII.

Ad Julium avidum famæ.

QVid de te dicent, præsenti tempore, nunquàm
Cures: istud erit posteritatis opus.
Fama quid est? nisi res contemptu digna sub orbe;
Ipsam sed sequeris, sit licèt vmbra, nihil.
Multotiès sequitur corpus, vel ponitur antè,
Moribus atquè suis est velùt vmbra tenax.

Sur

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Surgere flamma nequit fumi caligine caſſa;
Fama què livoris non ſinè nube ſubit.
Sæpè nocet vivis, neque prodeſt ipſa ſepultis;
Eius ſpes verò vana fefellit eos.
Intentas ipſi pravè præbebimus aures;
Pro timido quoties fortis in orbe ſedet?
Vt fortis verò ſi quiſquam forsàn habetur,
Non formidandum protinus eſſe, putes.
Poſt vitam quoties laudatum vidimus ore
Multorum, pravum? tunc, quia livor abeſt.
Nomine ſed dignus, ſi ad vitam forte rediret,
Te pavidum coget forsàn abire procul.
Sint tibi divitiæ, de fama rumor honeſtus;
Quandò bono pravus, fatur vterque benè.

EPIGRAMMA C.LXXXIV.

Ad agricolam.

QVòt tibi ſunt curæ, cultor! quanti que labores?
An ſudore legis prata rigare tuo?
Aſſiduo ſequeris ſi prata ligone quotannis,
Fortè cadent: fructus nec tibi laſſa dabunt.
Credimus antiquis, equidem ſunt chara Deorum
Progenies, quibus eſt ſemper habenda fides.
Si ſatio matura (ferunt) nos decipit; vltrò
Hinc tardam poteris dicere ſæpe malam.
Vix operi tanto, tolerat quod vomere tellus,
Sufficit ingenium; vis nec in arte datur.

Inſe-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Inſeris aut ramos, quando pubeſcere gemmæ
Incipiunt; folium ſeù quoquè falce ſecas.
Spe quoque prolis humum laſcivo palmite preſſam
Infodis, vt cupido ſint nova poma tibi.
Aut querulos rivos pratis ſitientibus aptas,
Vel prono avertis calle, rigantis, aquas.
Sæpius impatiens ventis iraſceris; imbres
Vel ſeras agris ſæpè venire putas.
Plurima vel cauſat vehemens incommoda ventus,
Indulget ſenſus lenis vt aura tuos.
Forſitan impedies fieri decreta futura?
Ferreus invalidi murus, & ignis, erunt.
Humanas vidi vario pro tempore leges
Mutari: è contrà quæ ſuper aſtra micant
Vtere ſic rectè donis, ò cultor, ab alto,
Vt grates reddas qualibèt ipſe Deo.
Vnius ubertas anni compenſet in agris.
Antè quod infelix culta negavit humus.
Fructibus & ſi forsàn ager tibi fertilis adſit,
Fæcundatori eſt pars tribuenda ſimul.
Quod minimis facias, recipit gratiſsimus ipſe;
Vndè frui poſsit fac vt egenus eis.
Quam què ligone modo terram, cultu què ſaginas;
Mox pingûem reddes carnibus ipſe tuis.

EPIGRAMMA CLXXXV. Ad Marcum.

VIvebas Nato, mortis ſolare rapina;
Ex hinc iàm poteris vivere Marce, tibi.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Mortalem genuiſſè negas, ſi funera luges;
Quod ſibi reſtabat, morte peregit iter.
Sunt aditus morti plures ætate ſenecta;
Innumeri verò quos puerilis habet.
Tot quòt ga viſus, parilem nunc prole dolorem
Advehis amiſsà: mitior eſſet amor.
Mitior eſſet amor; parcè gaudeto; minori
Forsàn vt affligas corda, dolore dato.
Solamen dubium nobis cum filius ortus,
Reſtat, certa tamèn mox quoquè cura manet.
Ligna vorat vermis, ferrumque rubigo frequenter;
Natorum cauſa ſic & vtrumque perit
Dum quereris, ſcito Parcam ſua iura tenere;
Non quę ſtatuta ſemèl carpere ſæpè licet.
Si quidquam geritur, fieri quod poſsit in omni
Tempore; non credas tempus & ante geri.
Omnia quippè licent Authori, & tempore quovis;
Cum ſit maturus fructus, & ipſe cadet.

EPIGRAMMA C.LXXXI.

Increpat vetulæ lachrymas.

SE ſore, flebat anus tranſacta ætate pudicam:
Pœnitet; eſt quando luxuriare nefas.
Illuvies hominum, veteri condita lebete,
Rugoſos curas nunc renovare ſinus?
Diſsimulas rugas, malas velante lechyto;
Sit quamvis facies rubra, pudore caret.

Den-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dentibus exesis frondentia mandare poma,
Si est gratum iuveni, non tibi posse datur.
Insuavis tecum fiet congressus vbique:
Collige quas micas mitis abore, tace.
Suturas agita, nares subeunte specillo,
Mollificent digitùm tubera, pensa coli.
Ne iniustè violes quæ egisti fœdera morti:
Iam properat, nunc qua congrediaris, habes.

EPIGRAMMA C.LXXXVII.

Ad Fortunam.

ESse nihil fortunam, sed figmenta Poesis,
Dixere Antiqui, queis tribuenda fides.
Res ergà plures, hoc non obstante, potestas
Est & ei: iuri cedit & omne suo.
Huic regimen rerum Prisci quandoque dedère,
Nam velut omnipotens dat, vel opes adimit.
Arbitrio què suo pacem, seu bella ministrat;
Vis tamèn est maior, bella vbicumquè gerit.
Iterdum stabilis fit, si ratione paretur;
Casu oblata tamèn deniquè quæque ruunt.
Ex summa fit parca, solet què redire retrorsum;
Nunc infensa mihi, nunc nimis æqua venit.
Heù magis afligor quotiès ex matre noverca
Fit: libet id, quamvis sæpè licère negem.
Cui si non fidas, stabilis virtute sed extes,
Non tibi fortuitus casus obesse potest.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.LXXXVIII. Ad Parcum.

NOn eſcis quia parcus ades, frugalis haberis:
Extremo vitium lædit vtroque ſedens.
Ex humili fortaſsè loco ſi aſcendere in altum,
Ipſe velis; rapis vtere, dives eris.
Fictilibus cænare ſtude, ſcù mandere vaſis,
Aurum non ſemper, ſed nequè gemma micet.
Sit cibus agreſtis, vili cùm veſte ſoloci:
Vrbe, ſit, aut ſilvis, terra cubile tuum.
Æra neque abſumas fruſtrà; cùr mandis olivas?
Brumali vrticas tempore menſa ferat.
Sit mora, ſitquè fames tibi condimenta ciborum;
Sat gratos omnes, ſi comitentur, habes.
Deſſectus què tuos minimè diſcernet amicus,
Cunctorum quamvis muſsitet ipſe cibos.
Aſpera vita tibi maneat, ſed fortè ſalubris;
Mox clyſtere tamèn duc quod & arca tegit.

EPIGRAMMA C.LXXXIX. Fratres diſcordes.

DEſpicit aut fratres frater; ſive invidet ipſos:
At natos ſocio cum patre, mater amat.
Vt conſtet fratris bonitas tibi, dona parentis
Divide; tunc equidem cordis iniqua patent.
O quoties aditum laudis fraternus obumbrat
Livor! & eiuſdem limen, vt hoſtis, adit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non & eos ſolum diſcordes vidimus olim,
Sed quoque bellantes ventre parentis erant.
O! ceſſaret eis, finità lite, querela!
Rixa, odium que manet multa per æva ſuum.
Difficilè eximitur labes vbicumque recumbat:
Dempta niſi fuerit protinùs, ipſa manet.

EPIGRAMMA C.XC. Ad loquacem.

COrnicis inſtar eris, dum garris prorſus inepte,
Qua ſemel admiſſa, ſæpè ſilere cupis.
Ævi homines huius peiores eſſe veſtuſtis,
Cùr ais? eiuſdem conditionis erunt.
Præterità nobis quid proſſunt nocte, relata?
Nos audire vt ſic ſomnia cuncta velis.
Cuncta ſigillatim nec nos audire, placebit,
In cæna nequè quid manderis ipſe cibi?
O vtinam furibundus tu, nequè garrulus eſſes;
Curatu is facilis iàm tibi morbus erat.
Nil animos melius ſervat plerumquè furore;
Sicut eos recipit, reddit & ipſe furor.
Os infræne tuum, ſolum iam prata frequentet;
Fortè plecebis ſic: inſtar oloris eris.

EPIGRAMMA C.XCI. Gloria mundi.

GLoria vana eſt, ſi ſit humi quærenda colonis;
Quod nomen dederit caſus, vbiquè perit.

Quo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quo ſedeat, vel conſiſtat, dubitatur; in orbe
Quærere cum liceat, ſit reperire. nefas.
Divitiæ fugiunt, & ſæpè ſequuntur honores
Indignos: rebus vertitur ordo ratus.
Perdidit exceſſu fortis ſi crapula multos:
Corpora non lædit fœda libido minus.
Frigore iam tempus torquet, vel territat æſtu;
Turbine tùm Cœlum, ſæpè vel imbre madet.
Terra omnis, punctus, cuius pars maxima nullis
Eſt habitata viris, ſeu nimis alta ſedet.
Falleris ò quotiés eius ſub imagine falſa!
In veram nimio quippè labore venis.

EPIGRAMMA C.XCII.

Ad Flaccum.

CVr ſub Sole lates, noctu ſed Flacce pateſcis?
Num lux faſtidit? Num placet vmbra tibi?
Eligis, vt fugias, quas quærit creditor horas;
Te, & quamvis avido, non reperire datur,
Cuius enim quærit non ſis ingratus amori;
Nec vultu, ſcimus, ſolveris ipſe nihil.
Dicito quo ſedeas, aut ſi inter nubila vivas;
Quippè domi cunctis ſæpè manere negas.
Veſpillonis cùr commutas munera paſsim?
Ille quidem noctu membra latere ſtudet.
Diſce volare diem, non veſpertilio noctu,
Lucibus opponi moribus eius agas.

Diſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Diſce volare rogo, perquirat creditor alas,
In tua ſi cupiat ponere iura manus
Aera rumpe tuis, alieno ſi ære gravatus
Poſsis; æris enim iàm leve fiet onus.
Rima dolis, qua que evadas non defficit vlla;
Ambulat in trivijs quiſque doloſus: age.

EPIGRAMMM C.XCIII. Adfortunatum.

IN patrios cineres vnquàm minxiſſe negamus,
Arti cum cedant proſpera cuncta tuæ.
Sæpè facit ſtultos nimium fortuna beata,
Cum dat opes, mentem tollit avara ſibi.
Semper eam volucrem, cæcam, variam que Poetæ
Finxerunt; ſed anus, iam què caduca ſedet.
Eius regreſſum, reditumque timere rotarum,
Expedit: interdùm nos rota ſubtèr habet.
Caſibus adverſis læſſus quicumque recedit,
Tantum ſi fidat viribus ipſe ſuis,
Ægra nimis pedibus, podagra plerumque laborat;
Si vult ítare, ruit, vultquè ſedere nequit.

EPIGRAMMA C.XIV. Ad vltorem ignavum

TAliter ira excandeſcis, quod ſæpè lucernam
Extinctam, ad vitam fronte redire vales.
Optas vlciſci, flagrans què recedis inultus;
Nil què volens avidus, viribus æger, agis.

Mu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Munere naturæ gaudere Attila ferebat,
Cui magis vlcisci, quam sibi vita placet.
In tectis magno dissultat grando fragore;
Nix rumore tamen tecta nocere nequit.
Iacturam fratris precibus tunc poscis in imis;
Vis què patrare Deum, quod metu & ipse nequis.
Si tibi defficiant vires, non voce lacessas:
Irato potiùs proficit ore favus.
Nec veniam simules, vltoris corde latente
Igne: tuo gestus consonet ore, rogo.

EPIGRAMMA C.XCV.

Ad adulatorem amicum.

AN laudes, an vituperes, dubitamus, amice:
Nam tua contemptum frigida verba sonant.
Non quia me laudes, maiori corpore consto;
Immeriti potius corporis vmbra viget.
Donat ager fructus, societ si stercus aratrum,
Et nequè fertilior laude coactus erit.
Quisque foràs, & si sit lætus, abundat aristis
Intùs: lauda cùm messe sit vber ager.
Thura Deo dantur; laus & tribuenda merenti:
Nil datur indigno; nil quoque, laus que minus.

EPI-

© Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA C.XCVI.

Ad divitem Stultum.

PErlege ſtulte meo charo quæ pollice ſcribam,
Plus monitu quamvis æra placere feras
Carpere nunc liceat mihi, ſed ſi fortè queraris,
In mores, ſcito, cuſpide pungit acus.
Inter apes aſinus meritò cecidiſſe queratur,
Ex quarum ſtimulis non niſi punctus abit.
Vnus ſit tibi, vt eſt acui, tantum modò ocellus;
Iam ſinè mente tenes, ſicut acicla, caput.
Te vnum ſtante refers, aliudque ſedente, foretque
Si poſſes ſellis eſſe duabus idem.
Si das divitibus nummos, das lumina Soli;
In vanum ranis quis dare curat aquas.
In ſylvas ſi ligna feras; ad fluminis oram
Vel puteum fodias, rere patraſſe nihil.
Vt Solis lucem videas, adhibere lucernam
Eſt vanum: modicis non mare crevit aquis.
Ventre cibis farto, te que eructante placentas,
Cuncta ſimul fulcro, regna ſub axe regis.
Sicut iter pedibus quæris tranſire alienis,
Alterius guſtu mandere quære cibos.
Sumptibus alterius gaudes, & mandis abundè;
Ex proprijs venter fercula parca luit.
Non adeò ſum mentis inops, ſic credite, dicis,
En labor eſt gratus commoditate frui.

Nulla

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nulla vbi lux mentis, nequaquam cernitur vmbra;
Aut vmbram præter, dicimus eſſe nihil.

EPIGRAMMA C.XCVII. Ad Scriptorem.

QVod ſcribis, pravus cum ſis Ortographus, erras,
Vt dictata à me noſcere vix valeam.
Author ſi relegat, rediens, quæ ſcripſerit olim,
Scire ex ſcriptis quid dixerit ipſe, nequit.
Barbara, ſivè aliena modò ſua crederet eſſe;
Acria nè reddas dulcia poma manu.

EPIGRAMMA C.XCVIII. Medici querela.

Preg. QVò ſunt divitiæ? quò ſunt promiſſa Galeni?
Si promitit opes, cur mihi donat opus?
Quiſque medelam vult, mercedem ſolvere, nemo:
Ditabit Medicos indè ſecuta ſalus?
Reſ. Nomine (quid quereris?) creſcit fortuna medẽtis;
Fit mendicus enim quam breviter Medicus.

EPIGRAMMA C.XCIX.

Ad Sextum.

BIs nupſiſti, tèr que cupis nupturus amores;
Sunt quia coniugij lenia vincla tibi.
Sumito ab experto tædarum, turgide, normam,
Vxorem quandò ducere Sexte velis.

An-

© 2007 Ministerio de Cultura

Anxius ipſe procor; gazas ego ſpontè recuſo;
Quæque puella mihi; cuilibet aptus ego.

EPIGRAMMA CC.

Ad Nautas.

NAvita, cui vigilas? cui ſudas? cuique laboras?
Cui tua & argento Navis onuſta venit?
Cui mare perrumpis? cui tanta pericula tollis?
Fulcroni, dices; nam tibi nauta, nihil.
Eſt alijs quæſtus, tibi ſed tantummodo ſudor:
Vellera ſic alijs, non ſibi, portat ovis
Si quæris requiem, requiem quoquè dicito nummis:
Ecce tuum Conſul quàm leve fecit onus.
Contrahe Navis vela, minatus, nauta, procella;
Laxabis quandò venerit aura levis.

EPIGRAMMA CCI.

Dialogus.

MIlite campus abundat, abundat claſsibus æquor;
Quid contrà Gallos præſtat vtrumque? nihil.
Caſtra nihil proſſunt? eſt fortè domeſticus hoſtis?
Neſcio: ſed proprijs arma nocent laribus.
Iacturam nè times Gallo cantante cloaca?
Qua ratione times, ſtulte, venire diem?

EPI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA CCII.

Præsidium in conflictu, cesit.

OBtulit vna manus nummos, quos altera condit:
Æs velut ad loculos, miles ad antra fugit.
Segnia vibrantur, missis tyronibus, arma:
Ad pugnam veteris militis arma valent.
Olim amissa, forum, Lybiæ tormenta per oras,
Luget, & ipsorum terga reversa luit.
Indiget auxilio, Dux; si sinè tempore mittas,
Pravè insigne forum; tempus & ire fines.

EPIGRAMMA CCIII.

Nil charius vita.

NIl tua sivè mori refert, seù vivere, dicis.
Cùr, rogo, non moreris? Nil quia oportet, ais.
Invocat inde senex mortem sub fasce recurvus.
Mors, quid amas? onus hoc quod mihi ferre iuves.
Dimicat intrepidus, quasi plures, miles in hostem,
Præstat vbi vires causa timoris ei.

EPIGRAMMA CCIV.

COccizat Gallus, non obstupuere Leones;
A quo, per cantum, fonte oriatur, ait.
Redde Aquilis sua, Galle, aut conturbabitur orbis,
(Vngues vt fugias) vngue quod ipse tenes.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPIGRAMMA CCV. Ad Mercatorem.

GRandia lucra tibi, maiori fraude gregaſti;
Lucra parum proſſunt, fraude què parta, nihil.
Dùm reliquos fraudas, potius deceptus abibis;
Fraudis nàm laqueis mens quoquè capta cadit.
Quæſtibus ex parvis grandes aſcende gradatim;
Ne gradibus ſpretis te ſubeunte cadas.
Aures amiſit, quia cornua fronte camellus
Optabat; cupias non peregrina tibi.

EPIGRAMMA CC. VI.

CHorda defficiente lyræ ceſſavit Alexis;
Diſperſas Coridon dum quoquè iunxit oves
Merſus, & occiduis medijs allexerat vmbris
Sol, vt paſtorum membra quiete iuvet,
Quos ego perpetuo nec non dormire tuliſſem;
Si non vrgeret cæptus & iſte labor.
Ocyùs accedens glomeravit Poſphorus vmbras;
Somnifer vt pravè lumina ſæpè ferat.
Præteritis veniam petijt, dum terſit Alexis
A lippis oculos, lavit & ora, manus.
Iam Coridon, dixit, paulò maiora canamus;
Atque datum chartis vtile tempus age.
Accepto que lyræ calamo, quo conſcius olim
Cantibus arboreas eſt imitatus aves.
Eiuſdem que loco cæpit pulſare papyrum,
Mittere qua poſſet pollice ſcripta ſuo.

LI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

LIBER TERTIVS.

SECTIO PRIMA.

In qua continentur aliquæ Epiſtolæ erga ſcopos diverſos.

EPISTOLA I.

Ad Militem.

EN ſe magis clypeum gemmis te ornaſſe, notaui;
Nùm magis in clypeo fidis, in enſe, minus?
Effugis auroram, pluvia que madeſcere corpus;
Æſtus faſtidit; Solis & vmbra placet.
Bella famem ſecum, tùm multa incommoda portant;
An priùs hæc poſsis munera ferre vide.
Corpus ferra domant; ornantur fraudibus exta;
Otia militibus nèc licet vlla ſequi.
Abſit & ornatum; ſi non ſit honore; cubile;
Stramentis potiùs degere ſæpè decet.
Si olim miles eras, belli cùr ſigna recuſas?
Horret nè arma manus; vel tuba turbat equum?
Nil geſiſſe putes, ſi te incæpiſſe fatigat;
Munera non veniunt militis antè fores.

© 2007 Ministerio de Cultura

Sæpè nec ad meritos, quamvis quæsita, propinquant;
Aut furtim fugiunt; sivè reperta nocent.
Si narras facinus, capio subeunte pudore;
Rere tamèn, si quid gesseris, esse parùm.
Sed ratione times, si egisti plura timore;
Non falsus vates hic metus esse solet.
Fer tamèn, vt debes; oneri succumbere noli;
Bellum & si veniat deniquè, disce mori.
Cornua quid veteri prosiunt ingentia cervo?
Hæc animo frustrà deficiente, tenet.
Qualia iussa Ducis fuerint, parère teneris;
Oppositum credas non quc licere tibi.
Ordine militiæ vnus paret, & imperat alter;
Sivè feraris eques, sivè pedestris agas.
Spontè quidem perfer, fuerit quod ferre necesse;
Spontinum melius fama sequetur opus.
Si patiens aduersa feras, & fortia discas
Efficere; in summo discè sedere gradu.
Si Patriam discas proprio & præponere lucro;
Postera post vitam laudibus æva canent.
Exigua & si, forte tua, sis natus in vrbe,
Hanc proprijs factis magnificare stude.
Stat fortis miles constans in fronte phalangis;
Postera vel seruans agmina, rectus adest.
Ipse & compulsus, ductus seù fine modesto;
Ex notis etiam magna pericla subit.
Omnes in bello eventus sperare secundos;
Error consilij, mentis & error erit.

Vul-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vulnera dant potius virtutis signa recepta,
Atque hosti nullo terga dedisse modo.
Præstat enim plus te iustè pugnante perire,
Turpiter in bello quàm remanere redux.
Perdidit haud vitam miles devictus honore;
Sub terra solum non benè gesta iacent.
Hoste, nec ægrotus pedibus, certare recuses;
Non & eges pedibus, quando manere decet.
A bello fugisse, feram; si fortè recedas;
Dum videas ergo bella manere mane.
Non que tuba trepides, horrescas q̃ hostis ad vmbrã;
Non timeas; tuus est non minor hoste metus.
Exalbescas si vultu, subeunte timore;
Ad muscæ strepitum te que pavere feram.
Vmbram si metuis propriam, muscas que volantes,
Laude nihil dignum cuncta videbit humus.
Iactaris que nimis, veluti si victor adesses;
An tua post bellum creverit vmbra, vide?
Militis, hei, culpa sunt casus sæpè sinistri;
Fortunæ vt dantur bella secunda, Ducis.
Quomodo proficias in bello, discere oportet;
A bello, miles, cum tibi fortè vacat.
Si non spontè tuos armis accingere curas
Artus: conductus quomodò bella geres?
Ne quando expediat, perpendens esse peritum,
Hostibus ostendas terga, pedumque volas.
Si sit in hostes, optimus est in milite fastus,
Vt sic præclaro nomine dignus eas.

Arma-

© 2007 Ministerio de Cultura

Arma que, vel ſua, ſivè animum, ſi invaſeris ipſos,
Demito, vel vires viribus adde tuis.
Non & in armatos, ſi quando iraſceris hoſtes,
Tu meſſes, belli perdere iure vales.
Vtile quod tibi non eſt, aut nihil hoſtibus obſit,
Si tu devaſtes, ſigna furentis habes.
Sed ſi diſcordes fuerint, fortuna iuvabit:
Flumine turbato retia piſce ſcatent.
Non que tui oblitus, meritis maiora ſequaris;
In te deſcendens contrahe vela, precor.
Nam ſi te, ſortem que tuam cognoveris, indè
Non veniente etiam, corda, labore, premes.
Et ſi contigerit iacturam dicere bellí,
Non alijs culpam turpiter adijcias.
Nonque inopes in bello defeciſſe ſuſurres;
Cum potiùs tantos ſurgere, flere queas.
Dulce aliquando eſt præteritos narrare labores,
Sit vè ſecuta quies; ſit vè ſecutus honor.

EPISTOLA II.

Ad tumidum.

VAna loquor, quia de vanis hic ſermo laborat;
Ne tamen aura ferat, pondus habere velim.
Non parvus capiet quæ ſunt inflata, libellus;
Stringe, rogo, paleas orbe minore, tuas.
Per nebulam, vel aquam mediam metitur ocellus
Vana; nec ipſi, vt ſunt, vera videre licet.

An

(c) 2007 Ministerio de Cultura

An res, vel personam prosperitate sedentem
Ritè colam, dubito: cor tamen æra colit.
Expectas nè tumens crinita & sydera Cœli,
Nuntia iàm sortis certa patere tuæ?
Inflaris tantum, crepitans quod viscera rumpas,
Pertimeo; molis contrahe vela tuæ.
Vix domus vlla capit; vix vrbis porta tumentes,
Apta quibus quondam viscera matris erant.
Vrget vter vacuus magnis tinnitibus auras;
Interius verò dicis, habere nihil.
Inflat ventus vtrem; tumidum sed opinio vana:
Vas verò replent, sit nisi inane, nihil.
Impulsus sonitum, quasi tintinabula vento,
Donas, in validos quid fragor iste valet?
Plura, quibus que cares, ostendis vanus habere;
Iactantèr verò perdere cuncta colis.
En minimo strepitu labuntur flumina passim;
Iactantur liquidis sed nequè semper aquis.
Amnis ab exiguo poterit succrescere fonté,
Viribus eiusdem vix quod obesse queas,
De genere illustri es natus, depone tumorem;
Omnibus est mater terra, Pater que Deus.
Nomen habes Patrum, fragili sed vase repostum;
Quod semèl elapsum non solidare vales.
Nobilitas, studio si sit quæsita, manebit;
Non ea, quam populi mobilis aura movet.
Non struxere domum lapides, vel ligna seorsim;
Singula ab arte petunt saxa tenere locum.

Ad

2007 Ministerio de Cultura

Ad nihilum redière domus quandoquè vetuſtæ;
Quæquè hodie floret, cràs habet eſſe nihil.
Splendor enim generis, vità, non quæritur ortu;
Non bona ſub terra vita ſepulta iacet.
Progenies vbi clara fuit, non indiget vlla
Luce ſibi; in tenebris, & ſinè luce micat.
Militat ille quidem deſerto nupèr aratro,
Et qui armenta regit; fræna regebat equi.
Non per avos, per te melius noſcaris in orbe;
Et per te natus ſit quoquè notus humi.
Quid maculas natorum, quid niſi ſplendor avorum,
Detegit? à te ipſo nobilis eſſe velis.
Moribus, & vita, turpis deletur origo;
Et ſubito pariter nobilis ipſa viget
Delicti cauſa Dominus proiecit Adamum;
Privatus que fuit nobilitate loci.
Noſtra licèt mundi ſpecubus latuiſſet in imis;
Nec noſtrum eſt naſci, nec genuiſſe, fuit.
Vera tibi laus de proprio ſplendore vigeſcat,
Gloria maiorum vel tibi nævus erit.
Avius hoc fauſtum ſi non deſpexeris, erras.
Lucifero id tantum ſola ruina fuit.
Interdùm pœnas meritò ſubière ſuperbi,
Aclives gratum ſi ſit adire vias.
Eſt iter in patriam varijs ambagibus arctum;
Ducit in hanc melius parvula ſæpè via.
Defficiet (ſcito) valeas qua vivere tellus;
Sed quæ ſufficiat, qua moriaris, erit.

Nota

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nota ſit ex vita, cunctis menſura ſepulchri;
Aptatur que malis turpiter vrna potens.
Si fuit erectus terræ de ſtercore pauper;
Penè nihil mundo ditibus eſſe manet.
Æthera non capiunt quem Cœlis cuncta gubernat;
Et terris humiles, ſunt ſibi cellã domus.
Maiori metui eſt grandis ſubiecta potestas;
Sublimes ramos excutit aura levis.
Et ventis agitata arbor, tunc eijcit altas
Radices, noxam cum timet illa ſuam.
Ex alto cecidiſſe viros, ſi fortè notaſti;
Ex tellure minor non tibi caſus erit?
Num nè tua, quamvis tumeas, horreſcimus vmbra?
Æſtum nec Solis mole levare vales.
Alta, niſi accedam, cognoſco gargara longè,
Populeas quamvis ventilet aura comas.
Orbis non poſſunt montes auferre figuram;
Erectis ipſis ſphæra rotunda manet.
Si nihil efficias dignum, quod laude corones;
Laus mòx eveniet poſthuma nulla tibi.
Plurima ſi non egiſſet digniſsima laude;
Dignus Alexander nec quoquè mente foret.
Non iacteris fructu, ſi quaſi vana cupreſſus,
Munera poſcenti nulla daturus, agis.
Vbertas, ſegetes vidit tellure iacentes;
E pomis arbor fregit onuſta, comas.
Si quodcumque velis, facias, hoc poſſe, nocebit;
Et ſolet adverſis caſibus eſſe via.

Sun

© 2007 Ministerio de Cultura

Sunt, reliquis, maiora nimis delicta potentis;
Membra licèt lædat nævus, in ore magis.
Sævit in adversos; humili plerumquè pepercit;
Fæmina, nec pueri præda Leonis erunt.
Esse ingratus amas, totis si viribus vsus
Sis: vel solicites cuncta placere tibi.
Exitus est rebus tibi prospiciendus, vt adsis
Securus: finis quippè coronat opus.
Erige iam lapsos, ægros que medebere, sanus:
Lapsum, non lapsi sustulit apta manus.
Paupere contempto noli succrescere; quippè
Invidiæ causis additur vna odij.
Eius latratus minimos securus obaudis,
Aspectu quoniam parvula turba pavet.
Ecce Leo audito ranæ clamore pavescit;
Sub pede, sed visa, sub que pudore terit.
Amittit pietas proprium, quod robur habebat,
Vix que redit, nisi sit cognitione sui.
Iupiter in Cœlo quid agat? si fortè rogasies;
Contempta extollit, comprimit alta potens.
Cum reliqui marcent flores, non germinet herva,
Igni quæ solum pastus adesse solet.
Hæc oculis, vt in ore patent, tibi nota supe rsint;
Grata tamen fieri sed brevitate, velis.

EPIS-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPISTOLA III.

Ad fratrem.

VT mea scripta legas animi quæsita saluti;
Carminibus vellem te fore sæpè datum.
A curis, si fortè vacas, animum converte legendis:
Pectoribus pronis omnia tempus habent.
His monitum quoniam vellem te, frater, adesse;
Dum nequeo curas arte leuare tuas.
Chara senum prodest iuveni præcepta fouere;
Hæc si non ipsi sarcina sæpè forent.
Vt navis, pelagum quando sinè sydere currit;
Florida sic ætas, lapsibus apta, fluit.
O quotiès mentis pacem deperdit adultus
Insipiens! quotiès vana superbus amat!
Esse nihil crede, & nimis exaltabere Cœlis:
Hunc quæstum quotiès perdidit orbe tumens!
Germinet vt fructus, primò frumenta putrescunt;
Affectus iugula, si revigere velis.
Non evanescas hodiè, pulcherrima forma
Manè volat; veniet frons caperata citò.
In senium velox metaxa intonsa comarum
It: breuitèr canet nunc redimita Venus.
Prosperitas expers contingit nulla doloris:
Nubes & crebrò lumina Solis arant.
Magnus eris, si humilis, spernas que cacumẽ honoris:
Fundamenta fimi, tecta subire parant.

Quos

© 2007 Ministerio de Cultura

Quos pateris diſce affectus evincere firmus;
Non minor hic dignus laude triumphus erit.
Nec tumeas, quamvis reliquis præcellere noſcas;
Nam tu externa vides; interiora Deus.
Vtile quando què eſt nobis adverſa venire;
Vtque bonis, animus, debet adeſſe malis.
Triſtis eris nunquám, ſi tu non læſeris ulli;
Viribus aut ſtudeas quemque iuvare tuis.
Quid quid agas, perpende prius, nec ſolus aberres;
Nullus enim terris eſt ſine teſte locus.
Criminis ad radicem congere falcis acumen;
Et faciet pœnas hæc tibi cura breves.
Nequitias, nè ipſæ creſcant, in ſemine trunca:
Hoſtis enim minimus vincitur arte citò.
Senſibus arrides, ſolvas ſi enormis habenas;
Defficiet verò protinùs orbe quies.
Evigila quotiès tecum Natura paleſtram
Moverit: allectat ſæpè colore boni.
Caſtra inimicus ponit vbi ſit ſemita mentis;
Rarò què aclives inſerit ipſe vias:
Virtutes fingit, falsà veletur vt arte;
Præmia vt vndè putas, dira flagella paret.
Sopito igne quidém nos inſidiatur, & vrget,
Incenſis facibus qui vrere pectus agit.
Et neque nos cogit, ſed tantùm ſuggerit: ergò
Cauſa quidèm caſus, non niſi velle fuit.
Quærimus auxilium fuerit ſi infixa ſaggitta;
Qua ſemèl excuſsà, nec meminiſſe iuvet.

Vive-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vivere tantispèr nobis frugalitèr vrget,
Immeritò alterius laudibns orbe frui.
Extolli indignos etiam si laudibus ullos,
Abiectus videas; æmulus esse cave;
Vllius nèc opus contemnas garrulus vnquam;
Deteriora nimis sunt tua, carpe prius.
Si cautè perpendas verba: pericula vinces:
Barbitos ad sonitum dissona chorda nocet.
Obloquitur frater, si non sis ritè locutus;
Sed rarò à verbis tu sinè labe redis.
Multotiès aures hominum mulsère faceti;
Multotiès sed eis pæna reperta nocet.
Imber enim flammas extinguit lapsus in ignem;
Audacis pæna sed resolutus abit.
Suscipe quæ gratis moneo, non tempore fisus,
A tergo videas dicta superna tibi.
Nam licèt ingenio præstes, formosus Adonis,
Et forma; sola febre venusta ruent.
Vita caduca, quid est, & si longinqua senectus?
Nobis si fallat crastina sæpè dies.
Mortis ab excidio numquid secura iuventus?
Non quoquè falx virides tondet acuta rubos?
Ortus ab occasu quotiès non separat horas,
Nenia que atteritur funeris inter opus?
Nauta, sedens currit, sic nostra & navigat ætas:
Perficitur, quamvis nos sedeamus, iter.
Possideas vt opes, succumbis sæpè labori;
Ærumnis auges; sic & egere, doles.

Divi-

2007 Ministerio de Cultura

Divitiæ fugiunt, ruit & fulcita columnis
Alta domus; fartas gurgitat vnda rates.
Quid quid aves hodiè, poſeſſum manè fatigat;
Ergo qnid curas ferre moleſta tibi?
Cor conſtans terrena fimum cenſebit vbiquè;
Diſcet amare Deum, cætera deſpiciet.
Gleboſis oculis comes eſt glaucoma frequenter;
At mentis viſus claret opertus humo.
Æthereis, explora, àn pravus terga dediſti;
Hæc tantum lachrymis cauſa dolenda venit.

EPISTOLA IV.

Ad Hipocritam.

QVam cupias, vel ego cupio ſupereſſe ſalutem
Corporis, & mentis; iam ſimulator habe.
An teneas aliquam, nobis dubitare ſit æquum;
An gracili aut vultu ſit ſimulata ſalus.
Offitio ſimulas: quod de virtute recondis,
Lætitia vultus nunc ſimulare velis.
Nam triſti facie ſi me reſpexeris hoſtem;
Falleris: en potius charus adeſſe volo
Non purgata foret, ſi non contraria virtus
Vlla teneret humi; ſed nequè clara foret.
Littore de tuto navem plerumque ligatam;
Si ſit tempeſtas, excutit vnda tumens.
Ibit in adverſos rupes peritura neceſsè;
Anchora ſi deſit, quam propè nixa natat.

Vas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vas fragile aſportas, ſi occurſent ſaxa, dehiſcet;
Tutum per ſcopulos non & adire datur.
E medio Paradyſi lapſus ab arbore curris;
Aſſolet vt folium turbine ſæpè rapi.
Cuncta reliquiſti mundo; ſed cuncta tenebis;
Si ſub corde tuo nil retinere velis.
Paupertas, latebræ, ſeries que immenſa laborum;
Spontè oblata Deo, ſpontè que geſta, iuvant.
Dum famularis Mammonæ, ſervire duobus
Non poteris. Dominum fallere poſſe putas?
Vnum quos tulit hoſpitium ſub ventre gemellos,
Hos ſimul ad ſceptrum Roma ſubire vetat.
Oſtendis geſtu corpus torquere; ſed intùs
Venter ab inſolitis non caruiſſe cibis
Moribus obſcœnis noli miſcere beatos;
Non aqua cum limo pura manere valet.
Non ſimplex aqua ſubvertit, nec vina frequenter
Pura: admixta tamen viſcera ferre negant.
Nil meretrici prodeſt nomen habere pudicum,
Qualis ſit, dicit, moribus illa ſuis.
Barbá, virtutes celas, & veſte polita,
Ne rodat vultus ſimia culta tuos.
Nec quicquam largiris; nec ſinè teſtibus oras,
Nè amitatur opus, conſtet & antè Deum.
Seù folium ſtrepitu Sacrati Codicis orans
Evolvis: palmas mòx & ad aſtra levas.
Eſt vultus tonſura; ſtatutis pſallis in horis;
Regula ſervatur; cor ſed in arva volat.

De-

2007 Ministerio de Cultura

Demiſsis oculis trutinaris verba labellis;
Luxuriæ verò viſcera rodit amor.
Vera loqui, dicis, ſed monſtras æra ſub auro:
Quam ma lè ſub crepitu tuſsis in aure ſonat!
Veſte tua vili, facies macilenta pateſcit;
Monſtratur què palam calculus antè ſinus.
Quid macies, oculi vè cavi, ſcù naſus acutus
Proſſunt? Nou nè animus dat quoquè ſigna ſui?
Numquid enim macie prenſas miſerabilis eſſe?
Nùm fecit mites pellis ovina lupos?
Sub rubro virtus velatur ſæpè colore:
Abſit enim pallor; nec tibi lædet adeps.
Non imiteris oves habitu, ſi mente lupina
Nequitiam cordis verba tacere vetant.
Nulla venena dedit ſerpens, dum frigore torpet;
Non quia defficiant; vult dare, capta nequit.
Quid quid adeſt animo, ſi diſsimulare doloſus
Mavis: ſub caudà fæda venena geres.
Non empturus equum video tantummodò ſtratum;
Corporis ad formam nil mihi fræna valent.
Non & equus miſeros Troianos falleret olim:
Ni fraudis veſtem falſa Minerva daret.
Non què animus pulcer fœdatur corpore pravo;
In quacumque poteſt ipſe latere cute.
Moribus impugnas quod curas voce monere;
Fac manibus ſemper dicere verba tuis.
Tempora, & alterius mores dum carpis, & horres,
Non proprijs macules ſordibus ipſe ſinus.

Flere

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Flere nurus poterit ſimulans in funere ſocri;
Credite, ſed nullus comprimit exta dolor.
Ad tumulum quamvis videam te flere ſepulti;
Non credam madidas eſſe dolore genas.
Appoſitas horres, & lautas appetis eſcas;
Divitis ad menſam farcina & eſſe cupis.
Eſſe ingrata tuo quæcumque legumina ventri:
Pectus, aquam, dicis; lac que nocere caput.
Miror: vix poteras faturari panibus antè;
Faſtidire modò quomodò mella queas?
Cuilibet occurſans ſublata voce ſalutas,
Atque vlnis velles hæſſus vt ille foret.
Auribus intentis, vtrùm conviva voceris,
Cernis; ſi in caſſum conijcis eſſe, fugis.
Corpus ad extinctum vt deffertur vultur odore;
Ad prædis famam ſic quoque curris inops.
Divitibus vendis voces, alijſque ſalutes;
Et tibi quæ non ſunt debita, lite petis.
Laus oblata iuvet, quantum quæſita recedat;
Illa, rubore; ſed hæc, ora pudore replet.
Ad fructus terram non fœcundabit arator,
Cura cui ſolum ſit ſtimulare boves.
Ne tribulos timeas: aurum fornace politur;
Non què animo ſtabili quælibet aura nocet.
Si tibi ſint oculi vitijs præclara feneſtra;
In Cœlum potius currere cæcus age.
Deſertas ideò ſtudio trivere cavernas,
Qui prodeſſe nihil, ſed quoque obeſſe putent.

© Ministerio de Cultura

Eſt ligno iàm nullus, arato vermibus, vſus;
Poſsidet id meritum quando ſub igne iacet.
Moribus ecce tuis venalis traditur Author,
Cuius gutta nimis ſanguinis vna valet.
En roſa, flos vnus noſtro iucundus odori,
Eſſe, inter ſpinas non niſi natus, habet.

EPISTOLA V.

Ad Rectorem.

IVre, vt corripias, verſaris Rector, iniquis;
Inflexo, & rectum, iure, manere decet.
Sol non obruitur quamvis cænoſa frequentet:
Luſtrat, & à fœdis ſordibus ipſe vacat.
Præſulis eſt munus legi parère libenter;
Sed parère tibi munera civis erunt.
Vrbs, veluti navis ventorum turbine fertur;
Et clavo paritèr deficiente perit.
Externis curis, poſitus ſub munere, ſæpè
Viſcere diſcerpto, merſus ad ima petis.
Si ſpectare velis radiantia lumina Phæbi
Ortu; non oculis pulvis adhæſius erit.
A vitijs mundus, reliquos cum carpere curas,
Sis: quaſiat ſordes non lutulenta manus.
Præditus accedas, quantum virtutibus, armis;
Vtilis vt nobis ſis per vtrumque latus.
Percutis exemplo, ſi pravè vixeris vnquàm,
Nam patriæ ſpeculum, norma vel vrbis ades.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Si populo charus fias, ceù fulmen iniquis;
Eveniet gratis mòx & in urbe decus.
Iure reus sapiens, etiam correptus, amabit:
Te licèt ignarus turpitèr ore terat.
Iudicat is rectè, manibus qui sæpè stateram
Gestat, & in penso ius vtriusque tenet.
Ipse salem teneas, oleum vel sæpè gerendis;
Cui non lenimen proficit, aere ferat.
Non aliter causas debes audire potentis,
Auribus undè tuis pauper haberet opus.
Nec liceat quodcumque libet, si fortè potestas
Instet in alterius ponere iura, manus.
Sit melius, nil posse, tibi, nè turpis, & ultor
Contrà ius facias, lege quod ipse nequis.
Lex ubi præfuerit, maneat que remissa voluntas,
Sæpè timore Dei, Principis ardet amor.
Continui mores firmati temporis vsu,
Invitos cogunt: pondera legis habent.
Vtilitate licèt careat mutatus in vrbe
Mos, animos turbat, seù novitate noret.
Dùm verò possint, qui sunt sinè iure, revelli:
Antiqui & pravi frangere crura decet.
Crescit enim quæ virga fuit, cràs fulget vt arbor;
Solis & obscurat lumina sæpè comis.
Commoda, si dicis fortasse, iuvare pusilla;
Crimina non pariter parva nocere neges.
Turpè nihil facias, Regni quod legibus obsit;
Deposito imperio tutus vt ire queas.

2007 Ministerio de Cultura

Consilio tempus, spatium donabis & iræ:
Differ: ponti iram temperat hora brevis.
In sceleris pœnam subigit moderator acerbus,
Supplicia vt culpæ conferat æqua reis.
Et nequè delictis veniam concede: voluntas
Non est facta tibi: servit & ipsa Deo.
Absit vt insontem, corruptus munere, damnes;
Nè scelus alterius turpitèr ipse feras.
Parcere sit melius ciui, delicta, nocenti,
Ne insontem subigas, si tibi fortè licet.
Iniustè quemquam nàm si damnaveris, illinc
Iniustus remanes; iustus & indè reus.
Non etiam placeat proprij vindicta doloris,
Nè proprijs iudex litibus adsit amor.
In què manus, fuerit qui olim, si venerit hostis;
Clementem potius te reperire iuvet.
Vulnere suscepto non est violenta cicatrix,
Et neque purgato crimine, nævus abest.
Nec commissa palàm, decuit purgare recessu,
Vna si plures carpere voce queas.
Aspera, tum leni; tutis, suspecta præire,
Dilige, si proprios quæris habere metus.
Alterius fundum, proprium dixisse, nefandum;
Cui dolor exta scidit, non peperisse neges.
Nam si aliena placent, alijs & nostra placebunt,
Iniustum quotiès quærimus esse lucrum.
Vrbis privatos etiam compesce tyrannos,
Annonæ qui sunt vnica causa, malæ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quod non blanditijs valeas, dominaberis ira;
Comprimitur maior sub ratione gigas.
Si non proficiat medicinis lenibus vti,
Tunc curet ferrum, quod medicina nequit.
Esse Deos censent, quibus & si frena relaxes,
Quodlibet illicitum lene videtur opus.
Ocyùs intèr eos rixas componere cura,
Ne sit communi pax & adempta tibi.
Cognatos, fratres que cave, quiá fœdere amici,
Quilibet imperij ferre recusat onus.
Nonque potens est pro suspecto semper habendus;
Pauperibus semper nec quoque danda fides.
His nequè concedas vetitum poscentibus, ortus
Nè livor proprios excitet indè metus.
Invenies tot mores, sunt quot in orbe figuræ:
Omnibus vt placcas, vix erit apta via.
Veri simplicitas, fallaci prævalet ori;
Assolet ornatus sæpè venire dolus.
Fur quotiès queritur de paupertate, putabis,
Velle scelus, vitæ tùnc & iniqua, tegi.
Aras offendis, si pravè rexeris vrbem;
Defficiunt cives si benè spontè regas.
Numinibus verò semper placuisse iuvabit,
Munere servato, sicùt amore, metu.

EPIS.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPISTOLA VI.

Ad nuptias quærentem.

AMnis arenoſo fluidi de littore Lethes,
Iunonis templum qui propè ducit aquas.
Suſcipe ab experto chartam iucundus, amice,
Coniugij gnaro, ſunt quòt in orbe, dolis.
Cogito dum calamo, veluti cum voce, monere,
Solicitus cauſas, quas memorabor, habe.
Captus amore, bibis; dilectæ limine dormis;
Quòt tibi ſunt ſenſus, tòt dominatur amor.
Si nec ab igne fugis, flammà vel diligis uri;
Corporis axillas perdere ſiuè cupis.
Perniciem volitans quamvis decepta Pyralis
Quærat; non lucis deſerit ipſa viam.
Coniugis adventum ſperas, non abſque timore;
Expecto paritèr quamlibet ipſe febrem.
Quarè compedibus, dicas, ſub coniuge vinctus,
Inſidias paci ponere amice velis?
Si forsàn ſcires quantum perferre pararis,
Hæſiſſet menti quàm citò, nolle, tuæ.
Cedere ſed ſi cauſa potens tibi deniquè cogat:
Sumere conſilium ſæpè ſalubre fuit.
Vnguibus vt fortes noſcuntur ſæpè Leones;
Agnoſces qualis, moribus, vxor erit.
Ingenium noſces & poſtquàm duxeris ipſam;
A te, ſed poſtquam noveris, abſit emi.

Garru-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Garrula, vicinæ si contrahat ore venenum;
Sugit ab aspide tunc vipera virus ibi.
Incipit vna loqui, durat sine fine loquela,
Nutibus vnde suis nec taciturna caret.
Tradidit ille suo natam, quam duceret, hosti;
Deterius que nihil se dare posse putat.
Non duxisse feras, fueris cum ductus ab ipsa,
Et cum velle tuum semper abesse notes.
Deniquè si ducas, ab ea vel fortè traharis;
Non tibi qua noceat sumere parte decet.
Flos inter spinas suavi demulcet odore;
Sed quià ne pungat, vellitur arte, manus.
Samson, qui validus potuit lacerare Leonem;
Vxoris propriæ solvere vincla nequit.
Sarcina totius vitæ fit quælibet vxor,
Et semper nobis hospes, & hostis adest.
Vt, quamvis fugiat, non de raptore queramur;
Sarcina quæ fuerat; rapta, levamen erit
Ingenti, fugiet libertas, dote recepta;
Coniugis & coniux tunc quasi servus eris.
Dote carere puellas iusserat antè Licurgus,
Vt non æra forent causa molesta viris.
Sit dotata satis proprio munita pudore.
Noster quo solum dulcis abundat amor.
Fertur inops levitèr; dives, vitiosa supervit;
Plus verò vitijs, dilige ferre famem.
Pectora fastidit turpis, quæ pulchra iuvaret;
Sed tolerandi, te pulchra docebit iter.

Qui

© 2007 Ministerio de Cultura

Qua ſemel admiſſa, ſolves cum morte catenam;
Aut premet inviti colla perennis amor.
Si iubeat permiſſa domi, non tuta facultas
Iſta fuit: coget cedere cuncta ſibi.
A cubitu, & quamvis nolis, exſurgere primus
Debes: poſterior ſemper adire thorum.
Si doleas; etiam ſimulat languere doloſa;
Expers &, dicit, mentis habere caput.
Exul ſi ægrotes, ibi non lætabitur ullus;
Vxor gauderet forsàn amata, domi.
Deſerit ornatus, ſpargit ſinè lege capillos,
Si verè doleas: ſed dolet ipſa nihil.
Triſtatur; ſed eam lætam ſi fortè videre
Optas, in vicos, quò libet, ire iube.
Crinibus & pexis molles componere vultus;
Veſtibus & poſitis addere thura ſuis.
Sic & elenchorum collo concede monile,
Quod coràm ſpeculo conſulat illa prius.
Oſtendat que manus manicæ ſciſſura canorem,
Vt pateat digitos annulus orbe premens.
Artibus Indorum nimius pellatur & æſtus;
Tegmine pelliceo ſivè recedat hyems.
Aut ſimùl aptentur manibus tegumenta, flabellis,
Vt nullo noceat iugitèr aura modo.
Vt que caput tandèm tenui veletur amictu;
Protentæ verus teſtis vbiquè moræ.
Fœmineis damnis ſi verò commoda iungas,
Vtile ſupplicium coniugis eſſe feres.

Vt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vt magnes ferum, paleas val succina ducunt,
Nos sua, debilibus viribus, ora trahunt.
Auribus illa tuis, quando sis tristis, adhæret;
Atque incessanti voce placere cupit.
Arboreis quæ comis viridis quasi vitis inhæret;
Turbida nè proprio vellicet aura viro.
Aggreditur quandoquè fugam; velutique cicada
Insilit; ad nostras vultque redire manus.
Consequitur madidis quidquid persuadet ocellis;
Et quamvis vetitum, lite peregit opus.
Casibus inveniunt, citiùs plerumquè, medelam,
In quibus & fœlix exitus esse solet.
Adiuvat vt mollis, sexusque laboribus impar;
Audax què aggreditur, bella gerente viro.
Est pia: rixarum si non quæ est causa, noverca,
(A nobis absit) sit tibi forte comes
Laudibus extollit quodcumque forinsecùs intrat;
Se, quamvis dicat, mandere sæpè nihil.
Vxor, quam vel amas, oculo si claudicet vno,
Te ambobus clausis diliget ipsa citò.
Crescit amor thalamo, communi labe recessa,
Si paritèr lecto mollitèr ossa cubent.
Et quos discordes capiunt vix oppida vasta;
Parvus concordes sustinet ille thorus.
Vtilis intèr eas non rarò rixa probatur;
Adijcitur quandò præda relicta, viris.
Deniquè defectus, proprijs virtutibus implent:
Multas illæ, si vera loquamur, habent.

EPIS-

2007 Ministerio de Cultura

EPISTOLA VII.

Ad eumdem.

SVb promiſſa dote venis nupturus, Ephebe;
Plus vxore tamen diligis æra tibi.
Plura licèt præcepta tuo ſub limine ponas;
Hæc data ab expertis adijce amicè tuis.
Eſſe alienus agis; quo tu ſeturus adepto:
Cur, mihi nùnc dicas, negligis eſſe tuus?
Vna ſalus quærenda prius, non curta voluptas,
Quando vxore carens vivere poſſe negas.
Coniugio captus cupies quod liber habebas;
Nec licet in naſsà vadere ſæpè retrò.
Si ſimùl ad nuptus tibi dos promiſſa veniret;
Pondere maiori mitius eſſet onus.
Fallimur àt verò quotiès hoc ordine verſo,
Dote ſub incerta, certa puella venit.
Caſibus expoſitus varijs, perpende frequenter,
Quos ad vitæ vſus quælibet vxor amat.
Vxorem qui ducit, eas ſi noverit antè,
Non ſolus placidè viuere dignus adeſt.
Vnam duxit enim parvam Democritus olim;
Vt ſibi mòx minimum diceret eſſe malum.
Fæminei grati, ſi cernas eminùs, artus
Sunt: minor eſt cultus, fiat ubi aſsiduus.
Quæ tibi contigerit, quamvis ſinè crimine, coniux;
Cunctarum mores forsàn habere vides.

Non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non quod es, ipsa cupit, quod habes sed diligit; atque
Te (vt venator aves) decipit vt capiat.
Odit, amatquè simul; varijsque affectibus audax
In nos aggreditur quaque sub arte doli.
Appetit interdùm contemptu digna profectò;
Quæ què recusabat nuper habere manus.
Qualis enim fuerit, post tædas talis habenda est:
Nec datur experto fœmina sæpè viro.
Fœtida, vel turpis sit, sivè superba, necessè est
Post nuptus vitium discere quale, tibi.
En deformis, pulchra vel est: pulcherrima torquet
Custodita sinus; vel fugit ipsa tuos.
Ingens, pulchra quidem fit sarcina sæpè virilis;
Et semèl admissam ferre teneris eam.
Si sit inops, pungit; dives, tua corda lacessit;
Ista petit ferri; prima cibanda venit.
Bos, asinus, vel equus plerumque probantur emendi;
Vt si displiceant, qualibèt ire sinas.
Est nequè firmus amor nixus tantummodò forma;
Fit, si iungatur moribus ista bonis.
Hoc ideò tantùm candorem quærito mentis;
Forma perit morbo, candor àt ille manet.
Est nihil vtilius nobis, vxore benigna;
Infesta veluti, nil quoquè turpè magis.
Acccpisse tui mercedem, crede, reatus;
Vxorem turpem si miser orbe feras.
Hanc si fastidis, velociter ora moleffat;
Et quamvis nolis fit tibi sæpè comes.

Imme-

© 2007 Ministerio de Cultura

Immerito veniam quæris, ſi fœdere rupto,
Deformem, vel anum dixeris eſſe, tuæ.
Ipſius faciem ſemper laudare teneris,
Mendacis quamvis ſit tibi fortè nota.
Delectant caſtas etiam præconia formæ,
Nulla que deformis iugitèr eſſe putat.
Ex triplici oblata, pulchram præferre puellam,
Non tutum Paridi ſæpè fuiſſe putes.
Finiret laqueo vitam, ſi exoſa putaret
Nullus ora vltrò, quæque tenere procos.
Si ſibi quod placeat dederis, non ulla tabernis
Sufficiunt capiti nunc calamiſtra ſuo.
Sit veſtis pretioſa ſibi, pretioſa ſupellex;
Sit que ancilla domi; ſit quoque gemma manu.
Munera cuncta domus quamvis ſinè iurè gubernet;
Credet iuſſa quidem nulla licere tibi.
Eſt ſua, quod iubeas ſemper revocare voluptas;
Vtilius que foret carpere penſa coli.
Si taciturna domi fuerit, ſupereſſe putabit;
Et ſua quod fruſtrà lingua ſub ore latet.
Omnibus atquè forum quamvis circumdet inhoris;
Recluſam queritur ſemper adeſſe domi.
Si coràm reliquis fuerit ſibi copia fandi;
A verbis cauſas mille pudoris habes.
Obiurgat quandoquè minis, fingitque querelas;
Adſint nulla licèt ſigna dolentis ei.
Irata ipſa, mandatis ſi fortè reſiſtas;
In te tunc raro vertitur ira modo.

Noxa,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Noxa, parit noxam, lis que est de litibus orta;
De fumo ad flammam te que subire facit.
Quæ proptèr pomum fuit intèr Numina rixa,
Sæpè movere solent conditione pares.
Tu rixas contemne sagax, superabis & hostem;
Hæc & amoris erit non tibi causa levis.
In quam si pugnes, nullam victoria laudem
Affert: nec crescet verbere fama tua.
Sit tandem, vt tutus vivas, sua norma voluntas;
Et coràm facias, præter amare, nihil.

EPISTOLA VIII.

Ad Viduum.

VXori tantùm vixisti hucusquè disertæ;
Hac tamèn amissa, iam modò vive tibi.
Vt vita infestas sequitur tranquilla procellas;
Nubila post Cœli, lætior aura venit.
Pulchra fuit quondàm, sed nunc pulcherrima visa est,
Laudibus apta nimis venit & illa dies.
Vxorem luges, quereris que iacere sepulchro;
Hincque magis gratam suspicor esse tibi.
Perdere nè plores quæ sunt peritura necessè;
Immemor & si sis, fit dolor arte minor.
Nè doleas, iterùm quæsio, nimium nec funere gaude;
Est modus in rebus, quo sinè cuncta labant.
Nec tantos stimulis vxor factura labores,
Si vitam lachrymis tristis abire sinas.

Quæ

© 2007 Ministerio de Cultura

Quæ foret herua tua potius reſecanda ſecuri;
Non luctu, vt rurſus germinet, ipſe riges.
Caſibus adverſis vires cuiuſque probantur;
Sydera per noctem fulgidiora patent.
Pectoris eſt parui, minimum nec ſuſtinet vlcus,
Qui facilé adverſis merſus, in orbe perit.
Igne flagrant paleæ, ſolidum purgatur & aurum;
Illa cinis; mundum ſordibus iſtud abit.
Noxia mille modis toleramus, vt indè leuemur;
Hæc tibi ſi fuerint proſpera, quale malum?
Quid quid habes, non eſſe tuum perpendere debes;
Ecce ſumus, noſtrum nec tamen eſſe, putes.
Tunc ſua quis ſecum melius nouiſſe fatetur;
Cum ſua quis ſecum nouerit eſſe nihil.
Semine conceptus fædo, ſub ſordibus horret,
Et tantum reſtat fletibus ortus homo.
Carceris à manicis ſemèl euaſiſſe iuvabit;
Rurſus erit regredi, mentis habere nihil.
Si vis coniugio iucundior eſſe dirempto,
Ærumnas ſecum quòt trahit, eſto memor.
Eſt iucunda nimis, fallaci & dulcis in hamo,
Si non læthalis piſcibus eſca foret.
Ingentem pauci poterunt perferre dolorem;
Quæſumus è paucis vnus & eſſe velis.
Quippè dolore diù nullus vexatur acuto,
Aut mors, eiuſdem ſeù propè finis, erit.
Nil natura, nihilque Deus ſinè iure peregit;
Cuncta ſuis numeris, voce iubente, replet.

Di-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dilecta amissa prohibet si vxore dolorem,
Est quia se solum pectus amare iubet.
Nec fieri ante diem pœnas, mortem vè venire,
Dicas; hæc omni tempore facta, licent.
Inuenies casus nullos solamine cassos,
Si quoscumque feras sub rationis ope.
Et si fortè capi rursus contingat, habeto
Antè oculos rixas, retrahet arma Venus.
Ne à pluvia fugiens, foveam mergaris in imam;
Ne maiora luas damna, madere velis.
Delectat scalptus plerumquè, gravatur & ulcus;
Scalptu que elapso, gaudia sæpè luis.
Quoque nociva modo, & si sit lucrosa voluptas,
Absint, atquè tua sint quoque digna fuga.
Expecta lenem, navem si solveris, auram:
Nauta procelloso tempore fecit iter?
Non que novam vestem maculandi cura fatiget,
Quam semel vt fædam diligis esse procul.
Nec mare contemnas: nam quamvis mite patescat;
Anchora cum clavo sit tibi prompta manú.
Vectoris monitu cedit quoquè nauticus, vndè
Tempestas tutam cogit adire viam.

EPISTOLA IX.

Ad Brutum militem.

Militis exornas titulum nùm Brute pudendis
Gestis? non titulis ars tua, miles, eget.

Quem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quem dedit, obſervas, olim tua mater amictum;
In que pedes animum turpitèr ire ſinis.
Conus vbi galeæ? pendet thoraca, bipenni?
Quo ſedet illa comes tragula ſæpè manus?
Prælia non olim ſcuto parmatus, & enſe,
Invaſiſti hoſtis? ſunt onus arma tibi?
Porrectis pedibus dormis, vultu que ſupinus:
Huic oneri gratis quilibet aptus erit.
Re timidus, verbis que ferox, veſtigia ſervas
Hoſtis; eum verò tu nequè tutus adis.
Sunt que tibi vulpis per caſtra, domique Leonis,
Mores, ignavus carpis in vrbe, tuos.
Vtque canis timidus vehementi ſæpè latratu
Terres: non mordes; nilque tremore facis.
Hoſtis ego tuus eſſe volo, ſi lædis amicos;
In que tuos hoſtes arma vibrare fugis.
Extra tela cubans, vtramque quieſcis in aurem;
Halcyonis prenſas lætus adire dies?
Eſto tamen tutus, nolique in caſtra redire;
Si tibi cauſa gravis militis eſſe valet.
Intra, teſtudo, tegumen iucunda moratur;
Extrà ſæpè metus, corpore, maior adeſt.
Quid tibi proficiet monſtro certare potenti?
Iupiter & fulmen ſint tibi, Brute, procul.
Naufragium liceat fagi ſpectare ſub umbra,
Quo vulpem cautam non cecidiſſe piget.
Caſtibus eſt varijs virtus comitata virilis,
Ambulat & morti proxima ſæpè truci.

Fac-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Facta quidem præclara nimis, quicumque subire
Appetit: Agredi enim sed quoquè quisque fugit.
Præsidio duplici melius nitèris adhæsus;
Defficiente vno, quod iuvet alter erit.
Vnde venis, nec quo vadis, tibi scire fatiget;
Quod tibi non prodest, tempore abire sine.
Et si fortè metum fuerit deponere gratum,
Atque redire iterùm forsàn in arma velis.
Molem portet equus, mensá tum victus abundet,
Det stipendia Rex, cætera somnus agat.
Non præceps intrare velis quò sæpè cadentem
Dilectum socium videris antè tuum.
Et caput, vt serpens, semper servabis abiectu;
Infectum quamvis sanguine corpus eat.
Evasus què à damno, non cecidisse queraris;
Qui se se servat, perdidit ipse nihil.
Sed quia vera loquar, doleat non munus obire;
Nomen quippè Duces non meruere metu.
Discitur annorum numero ars tua bellica nunquam;
Artis præceptis promptior vsus adest.
Sæpè necis timor in rabiem perduxit inertes;
Fortes que ex timidis, vltima causa dedit.
Vtile non tibi nasci sit de prole superna,
Si genus impugnas moribus esse tuum.
Non tibi bella nocent, animus sub pace vacillat;
Hac est militibus sæpè libido comes.
Bello defficiente, statim Romana recessit
Virtus; pace nihil miles agebat iners.

2007 Ministerio de Cultura

Inſtruitur penitùs duro natura labore,
Otia ſunt pigris dira noverca viris.
Eſt, vbicumque locum vir fortis legerit, æqua
Patria; nec proprios debet amare lares.
Nec laribus nubas proprijs; augere paternos
Expedit; in quo ſit fama perennis, age.
Molis erit Iuvenis, fuerit cui patria dulcis;
Fortis, cui proprium dicitur omne ſolum.
Vnus quiſque ſibi patriam, vitam que beatam
Efficit: hæc per ſe non veneranda forent.
Si tu adverſa feras animo plerumquè ſereno,
Seu fortuna cadet victa, vel inde iuvat.
Si minor eſt virtus, vires tu viribus adde:
Hoſte laceſsito eſt bella timere nefas.
Dedecus eſt quoque ſi minimo vincaris ab hoſte;
Eſt nequè cum pugna vincere, ſæpè decus.
Re cogente nihil caſtris ſub legibus inſtat;
Spontè tamen facias quæ quoquè facta decent.
Pugna præit palmam, præcedit fumus vt ignem;
Non ergo in bellum miles inermis eas
Per ſe clara nimis veniet noſcenda frequenter
Virtus; alterius non quæ iuvatur ope.
Vrget opus meritis, meritum mòx fama ſequetur;
Fama obtenta tamen, Gloria prolis erit.

EPIS-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

EPISTOLA X.

Magister ad Discipulum.

COnsilia èn quotiès posim præbere, iuvabit;
Illæsis audi sensibus ista tuis.
Absona, quæ dedero, nec erunt si munere cogor;
Offitio functus quodlibet ornat opus.
Gemma, acri velùt infuso molitur aceto;
Blandimur verbis pondere sæpè datis.
Compressis quid agis manibus? Iam vincula solve:
Quid prodest arti à limine dicta salus?
Per nebulam spectas, non verò limina tangis;
Eius, vt à somno, nec meminisse feras.
Limina nequaquam poteris calcare Poesis;
Si extra Musarum concinis ipse choros.
Intèr enim Musas habites licét ipse frequenter:
Ad rem nil fando, gracculus esse cupis.
Vt que scias aliquid, tempus, vitam que manere,
Nè dicas· citiùs turpe cadaver eris.
Quid quid opus sit scire, omni tu tempore disce;
Sera que sit nunquam quælibet hora tibi.
Vita, & scire, pares cursus habuère sub orbe:
Vita, aliquid dices, deficiente, nihil,
Et si succumbas oneri, metiris arenam
Frustra, si parvo tempore multa velis.
Sex Dominus tantummodo condidit antè diebus
Orbem: sed multis hunc vbi solvit, eget.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vnus quiſque ſuum tentet perſolvere penſum;
Aut informe ſuum quodque manebit opus.
Numquid equus prodeſt paleas quod mandat equili?
Artes ſi ignoras quòt te equitare docent.
Quid quid facturus, ſecretò poſtulat uſum;
Publicè enim regredi non tibi ſæpè datur.
Nil extrà rem fare, Icopum ſed tangere cura;
Quippè intacta quidem dat lyra nulla ſonum.
Ex anno ver, non videatur tollere dignum;
Præcipuo omiſſo, quod ſupereſſe putes.
Natura pugnante, induſtria quæque recedit;
Vi vincit quæ ſunt arte peracta ſua.
Hordea non nè metes, alio frumenta ſerente?
En ſegetes, iuxta ſemina, terra dabit.
Hinnit equus, Leo rugit, homo ſermone tenetur;
Naturæ oblatum munus, vbiquè præit.
Non operam multis etiam des artibus: eccè
Eſt tua vita brevis; ſufficit vna tibi.
Elige de multis unum fortaſsè magiſtrum,
Sincera mentem qui regat arte tuam.
Nil ſinè luce ſua tibi delectabile fiet;
Eius enim coget noſcere opaca, labor.
Plumba, vel argentum, ſinè luce notantur vt æqua,
Et gemmas, lapides quoslibet eſſe putas.
Poſt tenebras noctis, gaudebis Sole propinquo;
Quo fit ad incæptas hora ſecunda, vias.
Diſcitur errando, multis què erroribus obſtat
Vnicus error ei, cui ſit in ore pudor.

Noli

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Noli oculis clausis radijs solaribus vti;
Nolito que bonis claudere sæpè fores.
Si à te visa, invisibili meliora fateris;
Falleris, vt doctrix indicat alma fides.
Si vnum mente tenes, aliud nè voce loquaris;
Fucatis tantum corda dolosa latent.
Psittacus vna, alia loquitur sed voce coturnix;
Non eadem quarè in metra coire valent.
Dulce magis placuit, sumpsit cui nupèr acerba;
Mulcendi que modum protinùs ora, petit.
Pravus eris, pravos si tu comiteris ephebos;
Ex ipsis profugus soluito vela natis.
Non ideò te velocem mireris iniquè,
Ex hoc quod claudos circitèr ipse notes.
Effuge fœminei concursu semper ocelli;
Incipit ex ipsis sæpè labare pudor.
Nube tamen iunior, si vxorem ducere tractas;
Occupet antè sinus nè me retinetis amor.
Prospera non cupias, nec sic adversa timebis;
Si vites quod amas, vtiliora tenes.
Nil tibi paupertas & conciliabit iniquum;
Perturbant potius corda latenter opes.
Paupertatis amor, multis virtutis origo est;
Non quod eis egeas, quas & habere cupis.
Quantum divitiæ crescunt, augetur earum
Cæcus amor: luctu sed quoquè perdis eas.
Est praui natura, potens: quo fertur inorus
Deceptus Iuvenis; sed bona sponte fugit.

Quod

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quod terroris habet mundus, contemnito risu;
Et neque pauperie; sed neque morte cades.
Ingenij, virtus, nullum perquirit acumen;
Velle tibi tantum, nil ubi scire, valet.
Da iuxta meritum patribus quòt munera possis;
Dùm que senes ipsi, sint simulacra tibi.
Vnus in orbe Deus, læti sua signa sequamur,
Ductorem veluti sæpè sequuntur oves.

EPISTOLA XI.

Solatur amicum pauperem.

PAuperiem tristem cùr nupèr, amice, vocasti?
Prima absit facies, lætus & hospes erit.
Ipsa tibi fuerit si obscuro nomine grata,
In detractores turris, & ensis erit.
Prospera, perniciem potius, fortuna minatur;
Mentis & interdùm dira nouerca fuit.
Eclipsim patitur nunquàm, nisi lumine plena
Luna, & decrescens, luce minore, nitet.
Est tibi paupertatis onus, laudabile munus;
Dona Deus recipit, porrigis ipse manum.
Non nisi præcedente siti, datur ulla voluptas
Exhibito potu: grata fit esca fami.
Quando panis abest, sentis que famelica corda,
Quisque siligineus, seu, tibi, mollis erit.
Quilibet, vt capiat miser emolumenta, laborat,
Noxia sed curæ vertitur aura suæ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Si invideas aliorum opibus, diceris egenus;
Has si non cupias, his nec egere, doces.
Auri sacra fames, cordis tot tormina gignit,
Quot cumulat curas; littora quòt graditur.
Vestibus, æruscans, locupletum limina verrit;
Diuitis & mensæ sarcina & esse legit.
Iam mare perrumpit ratibus, terram que ligone;
Parta gregat cupidus, plus què greganda cupit.
Insomnis satagit noctu, cunctis que diebus;
Sole vè turpetur, sydera vel numeret.
Ærumnis mersus florentes conterit annos,
Vita labat citiùs, quam peritura greget.
Nec gazis læthalis amor saturatur avari:
Vllam nec metam dira cupido tenet.
Dives ab ære tenetur, dum sua possidet æra;
Et nè fraudet opes, pauperat ipse lares.
Horrea seminibus quamvis protensa grauentur,
Seù gregibus campus; cætera quærit adhùc.
Quid tibi tot proslunt animi, carnis que labores,
Si bona non proslunt abdita sæpè tibi?
Mille ferax trahit insidias fortuna minaces;
Sis, frumenta vorat; subripit æra latro.
Aurum ærugo terit, pertundit vermis abollas;
Inflatas que rates gurgite mergit onus.
Alvus enim languet nimijs plerumque comestis;
Excidium vè fuit crapula sæva viris.
Divitibus comes est tristis per membra podagra;
Est & onus pedibus, quod gregat alta manus.

Bella;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Bellatrix foribus cuſtos inſultat egeſtas,
In fures que diu eſt, & quoque nocte, vigil.
Nec locus invidiæ ſupereſt; tranquilla paratur
Exutis via, iter tutus & ire valet.
Oblatum que cibis fugiet læthale venenum,
Quippè ipſis ſedem non quoquè livor habet.
Cuncta vehit ſecum, dormitat crure ſoluto;
Dum reliquit vigilant, pauperis ora cubant.
Arca patens penoris tantummodò ſuſtinet oſtum;
Non citimis loculus condidit æra, ſuus.
Fallaces plures numerabit dives amicos;
Sed ſi defuerint proſpera, nullus erit.
Garrula vere domum tantùm comitatur hirundo;
Territa ſæpè fugit; ſivè minatur hyems.
Paupertas inviſa tamen quod proditamicos!
Diſcernit clivus ſit tibi qualis equus.
Diceris fælix, habeas cum pauper & vnum;
Hic tamen adverſo tempore fidus erit.
Ni ſolers fueris, venict quaſi curſor egeſtas;
Te quoquè deſpicies, ſi piger eſſe velis.
Orbis opes, & dives eris, contemne fugaces;
Solicita Æthereas, perdere quas nequeas.

EPISTOLA XII.

Ad Puellam.

LVxurias animo, noſtrasque frequentibus, aures
Vocibus, impuras garrulitate facis.

Dupli-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Duplicitèr peccas, quando delinquis apertè;
Exemplo, atque opera, scilicet ore, manu.
Nobiscum laqueos gestamus ubiquè, cadendi;
Quos ponis patulos, iam super esse puta.
Turpe placet vitium, cum pravis moribus hæret;
Hoc tamen infectis sæpè ruina fuit.
Mobilis incedis pedibus, sed turpis ocellus
Pervagus ostentat quid quid inest animo.
Corporis insulsi motus, agitante choræa;
(Crede mihi) Veneris non nisi vota trahunt.
Fama licèt pereat, proprijs vis crinibus aurum,
Vt que tuà niteat facta litura cuti.
Dum simul ora fricas, abstergis, crede, pudorem;
Nec video nudas erubuisse genas
Arguit incomptam, si te non pinxeris arte,
Admotum speculum, scit que tacere nihil.
Decipis inde viros, pulchrà quos fronte lacessis;
Nullus & indè tuus fertur ad ora rubor.
Quos timeas, fuerit si quis deceptus, habebis:
Non agit incassum sæpè Medusa dolos.
Vt flos, virginitas, tenuem marcescit ad auram;
Præsertim quandò defficit umbra viri.
Primò oppugnatur iaculis, móx cominùs hastis:
Et tandem vires monstrat adhæsa manus.
Arbor iter iuxtà, rarò fæcunda virescit;
Sed fructu sterilis sub pede trita perit.
Corporis ornatus tacitum sub pectore vulnus
Celat, eo curas cuique placere viro.

Non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non tibi,ſed reliquis, quando ſpecioſa videri
Solicitas,pretij veſtibus vſa pates.
Prata tibi placitant, iter eſt quo pergis,amenum;
Non graſſus celeras, eſtque nociva mora.
Eſt nullus ſinè teſte locus, ſine frondibus arbor;
Nec ſinè multis eſt pulchra puella procis.
Expetit vnus opes,formoſam te expetit alter;
Quærit vterque tamen, ſis nè pudica,procus.
Blanditijs que trahis geſtus quemcumque loquaris,
Crimen & in verbis tu quoquè fraudis habes.
Aut æqualiter ignora, vel dilige cunctos;
Non ſit præ reliquis præditus ullus amor.
Quod ſi cauſa potens damnum properare minetur;
Viribus occurſa, ſivè reſiſte tuis.
Effugientem auidus fertur Cocodrilus in hoſtem;
Attamèn oppoſitis dat quoquè terga fugax.
Si que ſemel ſedeas,quamvis abſcedere cures,
Hæret viſceribus fixa ſagitta tuis,
Serpentem fuſo,reffert quid abire, veneno?
Sol quoquè nos urit,mòx tamen ille fugit.
Corda hærere ſtrophis hominum plerumque fefellit.
Aures cui placuit ſubdere grata iocis.
Quæque puella errat puerili ætate volutans;
Auribus indulget fæmina quæque ſuis.
Ludere fallacem tecum ſi videris anguem;
Te incautam quærit, pungat vt ora: cave.
Nam ſi fortè cani quidquam proieceris,exta t;
Si tamèn incaſſum credat adeſſe,fugit.

Emi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eminet adversis virtus; huic prospera lædunt;
Astra occulta die, nocte micare solent.
Eveniunt subitò, migrant que caduca repentè,
Ignorant vno sed quoquè stare loco.
Dulcia vera, rogo, tibi non vertantur amàra;
Et nihil vtilius simplicitate putes.
Vt flores quidam Solis vertuntur ad ortum;
Sic decet in Cælum flectere semper iter.

EPISTOLA XIII.

Ad Flaccum.

QVid facias, dubitas, cum sit tibi cura puellæ:
Sed levius portis rura tuenda forent.
Consilium poscis, mihi quod sumpsisse placeret:
Non mihi fortè vaco, vis que vacare tibi?
Illud enim versatur, vbi quoquè nostra potestas
Sufficit; arma foris; consilium que domi.
Casus flere, fuit munus muliebre frequenter;
Poscere consilium, Flacce, virile fuit.
Sed tibi nè noceat fallax fiducia rerum;
Hoc gratis calami suscipe voce datum.
Sicut opes, ratione, diù retinentur ad vsum,
Sub fræno veniet subijciendus equus.
Dura nimis, ferro; digitis flectuntur at illa,
Quæ tenera interdùm subijciuntur eis.
Mens, homini, clypeus; mulieri, forma venusta est:
Sed Dominis videas esse nociva suis.

Nam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nam ſi deſidia premitur, nil cogitat indè,
Cum ſit ſola, bonum; nec pudor ora ſubit.
Corda elata nimis nulla pietate moventur;
Nec precibus cedunt; vt neqùe dura, minis.
Eſt fingenda rudis condignis moribus ætas,
Ne gypſo duro cedat & artis opus.
Et velùt arbor eget recto moderamine ſemper,
Vt valeas pravas & reſecare comas.
Iugitèr à vanis verbis munita ſit auris;
A cunis diſcat lingua, pudica loqui.
Obicibus ceſsit, quamvis violenta, puella;
Forſitàn & fiet caſta, coacta metu.
Segregat à ſanis ſcabioſas arte iuvencas
Paſtor; ne noceat proxima menda bonis.
Paſtoris baculus, terror canis, atque latratus.
Guttura ſedarunt ſanguinolenta lupi.
Principijs obſta, mollis flectetur & arbor:
Contineatur enim chara puella domi.
Serpentis capiti plerumquè reſiſtere tenta;
Viſcera nè ducat lubricus ima citò.
Fervor aquæ ceſſat ſi à Sole, vel igne recedat;
In quos (crede mihi) non niſi verſa, calet.
Quò natura vocat, lenis nos ſæpè voluptas
Inuitos etiam cogit, & ire premit.
Detrahe, Flacce, dapes, ſi laſcivire puella
Incipiat, lautas: obijce penſa, colum.
Illecebras nutrit, nutrit quæ corpus abundè,
Intacta nubit virginitate fames.

Fruc-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fructibus admissis rami franguntur onusti;
O quotiès mundus prosperitate nocet!
Sit cibus asperior semper, nec vestibus uti
Mollibus admittas: sit tibi cura domus.
Non armilla sibi, digitis non annulus insit;
His quamvis gaudet, fortè placere cupit.
Vestis & ornatus nimios si postulet, indè
Exhaurire puta velle tuos loculos.
Casta licet fuerit, forma præstante, caveto,
Ne Tarquinus amans quo sit adulter, agat.
Arbor enim quamvis hora extirpetur in vna,
Hanc creuisse diù, non tibi sæpè latet.
Concussus populi fugiat, testis que verenda
Continuo monitu sit sibi semper anus.
Capta foret nunquam, si non exiret, amore,
Pulchra suburbanas currere Dina vias.
Obde seras, oculos aperi, tua limina serva,
Hæc si non facias, furta nec ipse vetas.

EPISTOLA XIV.

Ad Pedagogum.

EFfigiant patres natorum corpora; mentes
Præceptor rectas cogit adire vias.
Vitibus accedunt, vt crescant, valla frequentèr
Sumat vt inflexum, quo duce, vitis iter.
Lumina pictor agit, mistis que coloribus, vmbras;
(Nec tantum didicit Lucifer ille Poli.)

Inge-

© 2007 Ministerio de Cultura

Ingenium prius admissi perpende puelli,
Vt solet admissas noscere pastor oves.
Et veluti pastus non proficit omnibus unus;
Non eadem pueris omnibus apta putes.
Arboris ex radice decor quicumquè profectus,
Ipsius specie sæpè latente venit.
Circum arbusta priùs succidere oportet;
Nè possint falci mòx & obesse tuæ.
Quippè evulsa semel, fructus non reddidit arbor;
Scissa tamèn partim pullulat absque mora.
Rarò etiam fructus, sentes inculta propinat:
Sessori indomitus nèc quoque paret equus.
Sed neque terra dedit fructus sinè rore superno;
Sentibus interdùm semina mixta vides.
Lambendo catulos efformat iugiter ursus,
Informes penitus quos sua vulva dedit.
In ventos, quotiès, aut fluxum curris aquarum;
Indocilem puerum ducere posse putans?
Ars quoties Naturam in vanum vincere prensat,
Doctricis quæ vides nomen inane suum?
Perdis & ô quoties, puerum si fortè gubernes;
Si pater, impensas; siuè magister, opus?
Est puer elatus, scopulus plerumquè magistri,
Si præcepta eius negligat ore, manu.
Implicitas vestis labes non detegit umbra;
Quaslibet, vt noscas, Solis ad ora vide.
Ni prius uva prematur, non servatur ad vsum;
Et si quid vitij possidet, arte perit.

Inter-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Interdum quoſdam ſuſcepit lana colores
Protinùs; atque alios non niſi cocta tulit.
Vrget opus, quandò pueri perpendere oportet,
Qualia proficiant moribus arma ſuis.
Recta, licet fuerint, pauci præcepta ſequuntur:
Multi audire ſtudent, ſed retinère pudet.
Dura nimis cervix aliquandò cedit amori;
Nec pueris prodeſt omnibus ira nocens.
Qui nullis adamas evincitur ictibus artis;
Hircino imbutus ſanguine, molis abit.
Vt melius tendatur, ſæpè remitimus arcum;
Poſtquam tranſierint otia, firmus erit.
Inflexum quoniam ſi nolis ſolvere ramum;
Vi poſita primum certat adire locum.
Præcipiti curſu fereris, ſi ſolvis habenas;
His tamèn admiſsis ſubdito calcar equo.
Abijce ſuſpectas, fuerint ſi fortè, loquelas;
Nè dicat, monitis iàm nec egere tuis.
Non puteos fabricet, cui fons & ſemper abundat;
Vel petat á reliquis qui tenet undè bibat.
Sic decet ornari, vel culpæ te obijcis eius,
Vt ſceleris fias pars quoquè magna ſui.
In caput ire ſolent, invito præſule, mores
Pravi ſæpè ſuum; non tamen ire boni.
Pingueſcunt, quamvis graciles, & lacte tumeſcunt,
Si bona paſcantur gramina ruris oves.
Floribus agricolam nimium gaudere, nefandum eſt:
Gaudia ſint quando iam ſibi fructus adeſt.

Nos

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nos natura impellimur, vt prodeſſe velimus,
Reddere quod nobis diſcere cura fuit.
Si non proficiant admiſſo verba puello;
Alterius monitu forsàn adibit opus.
Concipit ex vno, quod non produxerit alter,
Vxor, quæ non eſt pluribus apta viris.

EPISTOLA XV.

Ad Sodalem aulicum.

SIt tibi conſilio gratis, paritèr que ſaluti,
Quam breviter vellem charta ſubire manus.
Ipſa tibi laqueos monſtrat, quibus aula madeſcit,
Vt fugias cautus queis cecidiſſe pudet.
Munus amas, nocturnas quod vigilare per horas
Cogit; & exitium non procul vnde venit.
Livor principium mordet, medium que labores;
Perficis inviſus. non tamen horret opus.
Si quæ ſunt, ſapiens tolerare incommoda, cura;
Cæptum que impavidus ferre parabis onus.
Quolibet eſt ſapiens paſsim ſub pondere rectus,
Nullis que adverſis redditur ipſe minor.
Oppoſitos laqueos leuitèr robuſta reſolvit
Mens: vt araneolæ rete valeret avis.
Euita foveam, quando cecidiſſe ſodalem
Videris: en proprius ſæpè fefellit amor.
Cuique rei comitatur duplex anſula, quarum
Sæpè bonam cauto fac properare tibi.

Reſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Respicit incautus vanas funambulus auras;
Mole que metitur quot tenet aula gradus.
Si quid honoris habes, ipso gaudebis adepto;
Hunc, sit, habere bonum; sed meruisse, magis.
Adstantes nimium demulcet Principis aula;
Oblato liuor sed sub honore nocet.
Livoris fumus mundi comitatur honores;
Quippè viam sequitur luminis umbra comes.
Non reddit fumum, si flamma accenditur, ignis;
In meritos fumum sed neque livor habet.
Laus & eos, quamvis fugiant, plerumque sequetur;
Inviti vt sequitur corporis umbra gradus.
Herva semel fallax simulat læthale venenum,
Vt, quos allectat, fallat odore suo.
Antidotis animum si confirmaveris antè,
Inficient vigili nulla venena tibi.
Continuo vigila; inventa fortasse nec auri
Venà, sit segnis capta ligone manus.
Mitte oleum, nitidà cum reris egere lucerna;
Idque cadis serva, dum tibi non sit opus.
Expediet famæ, quid desit, sæpè notare;
Implicitus laqueis vel quoque semper eris.
Omnibus innocuus sis; omnibus esto fidelis;
Candorem que tuum credulitate proba.
Si sceleri renuas, dum sit consulta voluntas,
Sæpè bonæ sequitur conditionis opus.
Invidiam fratris simulatam fraude, caveto;
Hac, vt ab insidijs hostis, abire decet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non aliquem fædè ſub amici nomine fallas;
Tu quoque decepto turpior ecce manes.
Corpus de furto queritur ratione, pudicum;
Si inſidias animo ponere fortè colas.
Munera ſi mavis proprijs non viribus æqua;
Induere exuvium turpe Leonis erit.
Lux moderata tuos nimium delectat ocellos:
Immoderata tamèn ſtringit inepta genas.
Monſtra, quod placuit tibi ſuſcepiſſe libenter,
Dum ſolvis, lætum non minùs eſſe, foras.
Laudibus inſignem de te procùl excute famam;
Plus pluvia, exiguo rore madeſcit humus.
Intrepido in pontum, quamvis altiſſima, curſu,
Labuntur minimo flumina ſæpè ſono.
Effuge laudantes; ſubitò nam ſi ora revertas,
Hos irriſores poſt tua terga vides.
Solvit adulator linguam, demulcet & aures;
Fortior enſe tamèn cordibus illa nocet.
De proprio fueris ſi percontatus honore,
Invenies hominum mente fuiſſe nihil.
Conveniunt quandò aulis aulicus unus, & alter,
Tot regis tineas enumerare vales.
Non nimis accedas, nec multò à Regibus abſis;
Exoſus fies quolibet ipſe modo.
Nec veluti cum aliena ſtat gallina cloaca,
Sis; propria audactèr quæque gracillat auis.
Vreris à flamma, fueris ſi proximus igni;
Frigeſces verò ſi procùl eſſe velis.

Luna

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Luna à Sole procùl maiori lumine fulget;
Quo magis accedit, lucis avara patet.
Ecce lucerna perit flatu, quo accenditur ignis;
Durius undè lutum, cera liquata manet.
Principis audiſti percuſſum fulmine civem;
Alterius quando ſurgere iura vides.
Proſperitate quidem non curam ſæpè futuri
Abijcias: neſcis quid quoquè veſper aget.
Sed neque ſpes eſt rebus vbiquè locanda futuris,
De eventu quotiès & dubitare licet.
Temporibus pare, quamvis de iure recedas;
Quod deceat tantum deniquè ſume tibi.
Mortali Domino luge & ſervire frequenter;
Numen & æternum ſit tibi cura, ſequi.

EPISTOLA XVI.

Ad Senem.

MOribus antiquis facta eſt calloſa voluntas;
Sentibus atquè ſcatent quæ ſenuere viæ.
Conſuetudo animos, plus iuris legibus urget;
Et facilè antiquis conciliatur amor.
In ſenio qui ſervat opes, nec gaudet amicis;
Hoſtibus ipſe magis iungit avarus eas.
Difficile aggredior facinus (ſi fortè ſequatur)
A ſene dilectas vellere cogor opes.
Non mores, vulpes; poterit mutare capillos;
Tantùm quæ innatos funus abire ſinet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dives ades;ſed adhuc ſi tu pauperrimus eſſes,
Lætior optares mortis adire fores.
Poſſe mori iuvenem citiùs,benè credimus omnes;
Sed renuo multum vivere poſſe ſenem.
Vitra, licèt pereant facilè;hæc ſervata,manebunt;
At ſervare ſenem,futile fecit opus.
Vita licèt fugiat ſemper,quaſi ſtare videtur;
Eſt que dolo fallax, cui brevitate nocet.
Sole cadente, cadit,cæpit qui ſolis in ortu;
Fit citò manè puer, veſpere læpè ſenex.
Preſſus multotiès oneri ſuccumbis onuſtus;
Fer tibi quæ tantum pondera ferre vales.
Dum conſtans gazas vitæ contempſeris huius;
Exiguo felix pondere,dives eris.
Arca bonis quid plena refert, ſi cor ſit inane?
Non arcam,ſed te,pondus habere decet.
Multam diues humum curvo collidis aratro,
Cuius mòx minimà guttura, parte reples.
Largius arva colis: fælix ò cura volucrum!
Quòt mures paſces! quot quoquè rure,grues!
Non melius flectentur equi nitido ora lupato;
Aurea nèc ſtimulus ſunt & aratra bobi.
Si ſolum vivas tu propter corpus,aberras:
Mens,eius nimio pondere,preſſa labat.
Hæc nequè delitijs, potius fuit orta labori;
Tempore vt exultet vita peracta brevi.
Alterius portemus onus, portabit & alter
Noſtrum: pes oculo ſervit, & iſte,pedi

Diui-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Diuitijs quamvis fælix, dum vivis abundes;
Non te fælicem diceret esse, Solon.
Nam postquam fueris multis ambagibus usus,
Fortunæ claves sub pede finis habet.
Et si te excruties, quando pro prole laboras;
Posthuma laus, scito, proderit illa, nihil.
Da modo pauperibus, nunquam sit nuda voluntas;
Cum que aliud nequeas, dulcia verba dato.
Nec sit, si dederis, tua propter lucra tributum;
Da potiùs cui non reddere posse putes.
Debita persolvis, quando largiris egenis:
Non aliena, tibi sic retinere velis.
Plura nouella dedit vitis; meliora, vetusta:
Plurima dant iuvenes: vtiliora, senes.
Arboris vt plures vna ex radice virescunt
Rami, ita virtutes de pietate virent.
Quæ mala præteriere, time, præsentia, luge;
Vitatis causis, atque futura cavè.
In pontum veluti duxerunt flumina cursum,
Ad metam paritèr vita, canalis adest.

EPISTOLA XVII.

Ad Adolescentem.

NOn annos numerat totidèm, quot sæcula vita
Promittit iuveni; vix tenet ipsa, dies.
Florida multotiès nocuit mortalibus ætas;
Hi mul tum vitæ si supereſſe putent.

Sem-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Semper ab extremis plùs ætas florida diſtat;
Si cunctis eadem temporis hora foret.
Ætas,& robur,paucis quod defficit horis,
Fallent; ſi in mortem ſomnifer arma putes.
Tempora labuntur,celeri quaſi flumina curſu:
Ex ipſis tantùm mente locata manent.
Nil, fluvio currente, tuum,ratione vocabis:
Si quid & hauſeris,id credimus eſſe tuum.
Hora caret pretio nunquam reditura profectò,
Cogitat hanc verò nemo, perire diem.
Adveniens penitus præſentem propulit hora;
Vndas & tumidas,unda;dies que, diem.
Tempore cuncta cadunt,conſumit cuncta, vetuſtas;
Fluminis & celeris corpora more fluunt.
Expectas melius venturum tempus adeſſe;
Vtere præſenti nunc tibi ſorte dato.
Non ventura ſenis,cupidum te prædia fallant;
Vel quia nolle poteſt;ſiuè ſuperſtes erit.
Si ætati quidquam dederis, memor eſto ſenectæ,
Invenies que roſis limina plena,necis.
Mundi gloria vana ruit, citiùs que caduca
Occupat obtritum quæque ruina ſolum.
Mænia vbi ſunt, aut celebris Babilonica turris?
Paſcua nùnc tantùm, vel domus apta feris.
Ætati vana accedit cuicumque cupido;
Qualibet & proprius ſæpè fefellit amor.
Materiem ſceleri præbes terrena fouendo;
Hoſtibus ingreſſum vel dare ſpontè cupis.

Tem-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tempus, avaritiæ ſtudio, conſumis amatum;
Non tamèn amiſsi temporis ora pudent.
Poſsidet arca lucrum, tu ſolvis mentis habenas;
His que bonis hoſti diligis arma dare.
O quotiès varijs diſperſus caſibus, erras!
Vt quoquè ſub portu naufragus eſſe velis.
Componet fortuna tuos aduerſa, frequenter;
Proſpera que è contra noxia prorſus erit.
Tritica non modica paleis mundantur ab aura:
Separat iſta leves, fertquè, manente gravi.
Ingenti ſtudio pravos expellere mores
Cura: manſuetus redditur arte Leo.
Strenuus eſſe foras, ſi pravè vixeris intùs;
Quid prodeſt? præſta pacis ubiquè notas,
Germen agri, vt cultor, cura mundare nocivum,
Aſsiduo vt fructus vomere ferre queat.
Si alterius mala ſcruteris, non vincere prenſas;
Eſſe meis reputa deteriora tua.
Te, quaſi ſervum, vires conſuetudinis urgent;
Ductus in exitium ſed ſinè lege venis.
Vt ſit velle tuum, morum iàm vincula frange;
Corde vel invito, vinctus adibis eos.
Prava ffatim ſtudio vaneſcat mentis imago;
Nè mediteris quæ dicere & ore pudet.
Vnum de multis tantum numerabis amicum,
Quem videas mores gratis amare tuos.
Qualis enim tibi ſit fidus, ſpeculatur egeſtas;
Menſa trahit multos, non tamen ipſa probat.

Æmu-

© 2007 Ministerio de Cultura

Æmulus invidia premitur, si mulseris ullum.
Antè impastos est ponere, turpe, cibos.
Suscipit ingratus donum, tibi quæris & hostem,
Quem debere pudet, reddere sivè fugit.
Si dederis quidquam, plausus sinè voce daturus
Est: ficus fructus tot sinè flore dedit.
Divitibus propriam potius dimitte lacernam;
Ne tecum litem fortè movere velint.
Aures criminibus fratris præbere, nefandum
Est: reus audisti, protulit ille reus.
A vultu tristi mordacis lingua tenetur;
Vt pluvias Aquilo, solvit & ipse dolos.
Vltor eris nunquam, nam si tibi sorte daretur,
Quid quid tu faceres, fecit & ille prius.
Veste luto aspersà, si contra irascaris, erras:
Invitis nobis crimen abesse puta.
Quem multi metuunt, se formidare necesse est;
Qualis enim fueris, talis & alter erit.
Deniquè nulla dabis nimium responsa furenti;
Te què lacessito, sæpè tacere iuvat.
Sed vacuas potiùs querulus clamabis ad auras,
Desuper & plaustri prætereunte rota.

EPISTOLA XVIII.

Ad Detractorem.

NOn facies lateat, Detractor, pande fenestras:
En tua per totam lingua vagatur humum.

Quid

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quid loqueris fallax, vultu que latente susurras?
Vultus iter faciat quò quoquè lingua petit.
Hac equidem maius, quam robur in auribus insit:
Auris habet comitem, lingua sed una caret.
Apparet mendax nunquam, nisi falsa ministret
Mens; dixisse tamen falsa, pigebit ei.
Sævitiam que tuis manibus fortasse negatam,
Transcendit citiùs iam tua lingua vorax.
Continuò famam vi, sicut fulminis uris;
Nec semel incæptum crimen abire finis.
Vt que canis lapidem, laceras confratris honorem;
Eiusdem nequeas si lacerare manus.
Ars ignota tibi, penitùs præcepta negabit;
Ne alterius messem subdere falce velis.
Non semel elapsnm verbum cohibere valebis;
Nec deserta magis nostra per ora redit.
Dicis plura tacere, licèt sis pauca locutus;
Vt maius crimen suspicione feras.
Virtutes celas, sed si quis gesserit vnquam
Incautus vitium; voce latere fugis.
Cur non membra notas, aut crines? ulcere tantum,
Si fuerit nostro, fit tibi notus equus?
Corruptis animis, mea quandò gesta notasti,
Iecisti, propria, saxa latente manu.
Oscula fallacis præcellunt fraude, venenis;
Vtilius nobis vulnus amantis erit.
Quis quis vera silet, mendacis sæpè tenetur
Pæna, non parvum patrat & ipse scelus.

Si,

© 2007 Ministerio de Cultura

Si falsò damnas aliquo de crimine fratrem:
Deterioris tunc criminis author eris.
Occultum trahis, vt ſerpentis cauda, venenum;
Vt nec in inſontem diſsimulare queas?
Invitus, vultu verum ſinè voce fateris;
Vt dicas quantum virus ineſſe tibi.
Ecce dolis ſuperas Troianas, proditor, artes;
Et niſi Græca tibi eſt ſemper in ore fides.
O quotiès oculos elato pulvere reples!
Si tibi ſit gratum vera latere diù.
Ante tuos lucem clarè cognoſcere debes;
Si è tenebris iudex optimus eſſe velis.
Debilis aſpectus Solis non cernere lucem;
Sed nequè mens paritèr languida, vera valet
O quotiès noſtros mores tranſmittis, & vrget
Nobis qui charus iugitèr uſus erat!
O quotiès inducis, ſis quibus improbus uſus!
Intactis nobis eminùs ipſe nocens;
Vt media, ſicùt torpedo, ſub arundine virus
Dones; vt credam non tetigiſſe manus.
Nulla fuit detractori ſancita per orbem
Pœna; quià eſt ſceleri quælibet arcta ſuo.
In lapides veluti duros emiſſa ſagitta,
Mittentis lædit ſæpe reverſa manum.
Sic in detractorem verſa calumnia lædit:
O quoties proprio verba cruore madent!
Pœnituit nunquàm tacuiſſe, homines què magiſtri
Dicere multa docent vana; tacere, Deus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pungitor, & non ſis alieno crimine lætus;
Si tibi ſit melius carpere, cum liceat.
Mens tibi ſit clypeus, poſsis quo ſæpè tueri;
Non vt eo poſſes lædere, falſus habes.
Alæ ſunt avibus, conceſsæ & piſcibus vndæ;
Sunt que pedes lepori, cornua taurus habet.
Sit tamen ipſorum, quæ nobis expedit uſus;
Sic què redux vives; ſic pudor omnis abeſt.
Lingua malum tandem ſolvat, quod ſola peregit;
Quod commune fuit, cætera membra luant.
Væ tibi ſi non profuerint hucuſque locuta;
Si non ſufficiant, immemor eſto mei.

EPISTOLA XIX.

Ad Principem

PRæſes in orbe nitet tantummodò Lucifer unus,
Lumine nè gemino tota flagraret humus.
Vni & apes parent, perducit paſtor & unus
Sæpè greges; comites & nequè ſceptra ferunt.
Optimus, optatur voto; quicumque ferendus,
Vt libes vinctas in ſua iura manus.
Nec Solis bonitas purgandis ſufficit agris;
Ni cultore ſimul, ſemina portet ager.
Organa proclamant àn ſit dexterrimus author;
Tangentis que manum metra ſonora lyræ.
Solis vt ecclypſis damnum mortalibus affert;
Pernities populo Principis error adeſt.

Ptin-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Principe geſta bono, populo mandare videtur
Exemplo: ſceleris ſed ſimul author erit.
Sydera ſplendores communes uſibus orbis,
Alta tenent: ſervant lumina nulla ſibi.
Is quamvis mitis properet, tardus que flagello;
Sævire interdùm pondus amoris habet.
O quoties ſperni peperit demiſſa loquela!
Vel ſi vulgaris ſit vitioſa ſalus!
Imperium retinere metus, comitatus amore,
Aſſolet; & firmum ſæpe in utroque ſedet.
Vt cunctos ſubigat, maneat que vt recta corona;
Tempora regnantis comprimit arcta prius.
Lege quidem vivit, quamvis ſit lege ſolutus.
Princeps; cui rectam ſæpè placere licet.
Quod nequè blanditijs ſolum ſanare ſit auſus;
Legibus accinctus pungere iure paret.
Pungere Rex & apum ſtimulo ſi parcit acuto:
Cum deceat, pariter mulcet, & urget eas.
Funditùs extirpant ſilveſtres ſæpè ſecuri
Hervas agricolæ: ſed ſata, amore colunt.
Tonde, vt paſtor oves, non Rex deglubere tentes;
Si pecudes vltrò paſtor habere velis.
Punitis equidem, Regnum ſervabis, iniquis;
Et ſi non magni feceris indè lucrum.
Dignus enim veniâ ſit, qui non ſponte cruentat,
Vt pœnâ dignus, qui quoquè ſpontè reus.
Miles enim nequè ſpontè poteſt interficere hoſtem:
Iniuſſus ſi quid fecerit, ipſe luat.

Reſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Respicit à tergo Nemesim, qui pectore crimen
Gestat, vt interdùm numinis arte luat.
Mollibus illæsis, frangunt vt fulmina durum:
Non pigeat molli succubuisse viro.
Immeriti paulatim est deponenda potestas;
Prosit vt exemplo Principis aula dato.
Traditor à venia, si rursùs concitet iram;
Præterito maius tentat adire scelus.
Rectus ubi fuerit, iuris nèc legibus obsit,
Tum bello invictus; pace beatus erit.
Tessera si belli vicinis civibus urget;
Prospice solicitus, non tibi terga dabunt.
Non solum præsentia, sed quoquè damna futura,
Præcavet in bello, qui moyet arte rotas.
Cuncta regit Deus, & nihilum fortuna gubernat;
Nil que absente Deo proficit artis opus.
Militis in numero fisus, non Regna lacessas;
Ob pacem tantum bella movere decet.
Exitus ò quoties cæpti certaminis anceps
Est! si non servent militis arma modum.
Vt mare concutitur ventis certantibus altum,
Vexatur populus bella gerente Duce.
O quoties & bella Duces cæpisse fatigat!
Non est si eventus, cuius inire fuit.
Recta dedit finem pugnantis causa benignum;
Quando iniusta nequit dissimulare scelus.
Expedit ò quoties, quamvis brebitate moveri;
Quod quoque cunctanter consulat ipse suos!

Non

© 2007 Ministerio de Cultura

Non proprio vitam deffendit robore Princeps;
Sæpius hoc fi ſus, ſanguine tinxit humum.
Militis augetur, præſenti Principe, robur;
Si ſimùl adfuerit dulcis honoris amor.
Eſt victis fortuna ferè, & victoribus, vna;
Victus ubi perijt, flet quoquè victor ibi.
Hoſti occurre tuo, diſperſis viribus eius;
Si tamèn expectes iungat vt arma, cave.
Nec rectè, quamvis minimus, contemnitur ullus;
Quippè laceſsitus fit quoquè quiſque gigas.
Blandè tractandus reſponſis mollibus, uſquè
Agmine coniuncto tutus adire queas.
Re cogente tamèn, caſtris ſit cura virorum,
Speratæ palmæ, maxima cauſa, tuæ.
Sub paſtore canis cuſtos mulcetur amore;
Ne mòx fiat ovis turpitèr eſca lupi.
Si annonæ deffectus caſtra famelica vexet,
Cedere non renuent, vel tibi terga dare.
Sacra fames miſeros ò quam crudeliter hoſtes
Comprimit! ò quoties pronuba pacis adeſt!
Hoſte ſequente tuos, proprio plus robore prodeſt,
Expertum bellis conſuluiſſe Ducem.
Si procùl auxilium fuerit, vires que labare
Videris; hinc primum pax incunda decet.
Dantur deſperatis cuncta, nihil què negatur;
Non verò ſi ſpes ulla ſalutis adeſt.
Dulcia ſume tibi, cum poſsis, nomina pacis;
Lex ruit in bello, recta que iura cadunt.

Et

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et data spernito fælicis præsagia belli;
Arma nec interdum ferre secunda iuvat.

EPISTOLA XX.

Ad filium litteris vacantem.

CHartam, Nate, tuam scriptam sermone latino,
Suscepi lætus: sit tibi, chare, salus.
Omnibus ò possēs chartas æquare diebus;
Confiteor pœnas posse levare meas.
Sunt elementa mihi, sunt & iucunda Parenti;
Nec minus, vt credas, gaudet amata soror.
Nec te pœniteat sumpti pro patre laboris,
Verba soluta licet, carmina siuè feras.
Solvitur ingenium, mentis que citatur acumen
Continuo calamo: pulvere charta caret.
Consule sæpè libros, mutos vbicumquè magistros:
Corripiunt mores, & sine voce docent.
Optimus est nobis lignum quandoque magister:
Invenies sylvis, quod tibi tecta negant.
Ex vili terra pretiosum ducitur aurum:
Excute telluris quidquid inesse putes.
Sumc tibi mentem; non quid cum mure loquatur
Mus: istà methodo fabula vera docet.
Protinùs hoc tibi, si non festinantèr abesses,
Dixissem: noceat non mora, Nate, mea.
Cuique studere, bonũ est, melius studuisse, profectò
Ære tibi nunquàm bulga nocebit ovans.

Hanc

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hanc veniſſe modò excuſsis erroribus artis
Chartam; te ſtudio ſæpè vacare refert.
Inter enim ſocios meritò iam ſede priori
Gaudes, & ſtudium prætulit aula tuum.
Ipſius imperium libri ſervabitur vſu;
Quod ſi perdideris, deſidioſus eris.
Quod videaris enim, tibi ſint præcepta magiſtri,
O fili, ſpeculum: dum ſine labe micet.
Tempora ludendi non & tranſgreſſa queraris;
Iurgia nàm gyrans plurima turbo trahit.
Eſt pretioſa nimis præſentis temporis hora;
Quam lucraturus, ſi modò nacta perit.
Tempore traxit aqua opportuno oblata, ſalutem:
Indulget verò quolibet ora nimis.
Effuge luſiores comites; melius que libellis
Invenies tandem ſurripuiſſe dies.
Tu quoque pravus eris, pravos ſi fortè imiteris;
Salſa velut fieret per mare dulcis aqua.
Fronde velùt viridi plerumque extinguitur ignis;
Ob vitium, ſtudij cura perire valet.
Huic eſt pubertas, centum que laboribus apta:
Hirſuto mento diſcere quemque pudet.
Poſt hyemem flores, tempus placidum que revertit:
Poſt ſenium verò nulla iuventa redit.
Non fuit ulla dies, qua non pinxiſſet Apelles;
Nec neſcis quotiès artis egebis ope.
Eſt nullus varijs fortunæ caſibus obex:
Imperium rexit, qui quoque paſtor oves.

Exter-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Externis nè cogaris servire libentèr,
Non fugias oneri subdere membra tuo.
Magnanimus natus Patri sit fletus, & angor,
Ni castris fatum tollat honore suum.
Non opibus virtus emitur: virtûte sed illas,
Seù dives spernis, sivè requiris inops.
Legibus à multis fugies, si pauca loquaris;
Rarò impunè loquax plurima ab ore iacit.
Verba tuo paritèr sapido si è pectore mittas;
Oris largiloqui non tibi pœna premet.
Ingenio præstas, quamvis sit molle pusillus:
Inter saxa etiam plurima, gemma micat.
Quodlibet esse suum demonstrat viribus: indè
Nec parvis etiam defficit umbra comis.
Si quid scire velis, cuncta ignorare putato;
Commune est multis hoc neque scire quidem.
Discere nam pueri est; senioris, sæpè docere;
Si tamèn ignores, discere disce senex.
Disce priùs, nè sis fortasse docere coactus;
Et tibi quæ non sunt, reddere verba velis.
Plurima scire vales, cupias si multa docere;
Tu quoque cum doceas, doctior ipse manes.
A cunctis etiam placeat tibi discere quidquam;
Floribus è cunctis utile sumit apis.
Doctrinæ vnquám, nec virtutis fama senescit;
Perpetuò, vt laurus, semper adulta viret.
Istam credideram te transmigrasse per vrbem;
Quodque tui adventus nuntius ipse fores.

© 2007 Ministerio de Cultura

Forsitàn hæc illo prodessent tempore dicta;
Si permixta meis tunc tua verba forent.
Hospitium patrui magni mihi spontè referto,
Lene quod vndosum tunc tibi fecit iter.
Cur mora tanta tibi fuerit? cùr, dicito chartis,
Manserit in tanto Paschate solus avus?
Viscеribus nostris nec non iucundus ab imis
Intereà grates suscipe, Nate. Vale.
Tertio erat mensis venturi charta Kalendas,
Februa cui nomen, pollice scripta meo.
Pollice scripta meo, subscripta que nomine patris,
Frigore nec digitos ipse movere valens.

EPISTOLA XXI.

Ad Præsulem in Indos missum.

MVnere commisso vadis iàm Præsul in Indos;
Sumptibus àt magnis, munus adire studes.
Si lucranda cupis, cùr iam possessa relinquis
Æra? quod ergò tibi munere quæris, habes.
Sæpè minus pretium quærendis sufficit escis:
Maiori munus forsitàn illud emis.
Tot nequé iura dabunt, fuerint si recta sequenda;
Cuique suum iudex debet ubiquè dare.
Si data compensare velis, nou tutus adibis
Iuditium: gratis vulnera mentis emis?
Iuris quippè Deo non corruptela placebit;
Nec reliquis unquàm flectere iura placet.
Iudicis est praui furtum, permissa rapina;
Cui quoquè contra ius, iura & aduncа iuvant.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cui que placet solum gazarum gurgite mergi,
E manibus guttam dum cecidisse neges.
Deniquè divitias alijs servare teneris;
Si repetundarum forsitàn urget opus.
Si esse velis salvus, lucratas diuide gazas;
Det reliquis multum, qui sibi multa rapit.
Damnari ditem nequaquam sustulit vsus,
Nil que in te iudex exoculatus aget.
Munere res agitur, melius pugnatur & hastis
Argenteis hodiè cedit ubi omne lucro.
Plus virtute valent oblati hoc tempore nummi;
Si pauper fueris, plus nequè scire valet.
Munus ab hoste datum, non munus credidit olim
Falsò Priscotum turba, nocere putans.
Cuique iuvare canit Nasonis carmen, & inquit,
Placatur donis Iupiter ipse datis.
Fercula Iudicibus nec prosiunt sæpè supernis:
In vanum Veneri das holocausta suis.
Et nequè cura tibi sceleris prolixa molestet;
Auratis emitur sumptibus undè scelus.
Deniquè si Præsul fucris fortasse coactus;
Audi pauca pius mente tenenda tua.
Impensis factis munus venale capessis;
Si ad quæstum facias, hei tibi: iura cave.
Incipe ab exiguis, vt mòx maiora gubernes,
Ocyùs & duces gnarus in arte manus.
Carpe sagax mores, agita sed more columbæ:
Saeviat hæc quamvis, felle benigna caret.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Si meritum cauſæ iudex non reſpicis; ipſe
Perſonæ potiùs dicis habere fidem.
Magna fides oculis, minor àt præſtabitur auri;
Cum falli obiectis poſsit utrumque ſuis.
Cum neque è iura vides, oculi què ad munera tantum
Reſpiciant, dicis, cor quoque ferre tuum.
Non tibi quod libeat, iuſtum eſt; ratione licebit.
Cives ne amittant debita iura ſibi.
Præſul enim pravus, reliquis reputatur ut hoſtis,
Tot quia & oppoſitos vnicus ipſe tenet.
Nos leges meritò, plebis quaſi rete vocamus,
Sub quo dives, vel pauper, uterque cadit.
Debilis aut pauper luget plerumquè retentus;
Id verò dives rumpit, & ire parat.
Divitis atquè inopis cauſas audire teneris,
Cum iudex, paritèr; nullus amicus erit.
Nec veniam corvis dones, vexesque columbas;
Maiori eſt pæna dignus ubiquè rapax.
Qualibet, & ſi deſertà, non munus obire
Defficiat causà; litigat offitium.
Verberibus cives nocuos, mulcta que coerce;
Ni obſit maioris Præſidis alta manus.
Si à ratione vacans, leges des moribus aptas;
Lesbia conſultò regula ſurget ibi
Si vna vetet lex, altera quod permiſerit urbe:
Permitente (ſcias) plus valet illa vetans.
Delictum tacitè ſi forte indulſeris, erras:
Dicit quiſque ſuis actibus eſſe reum.

Sunt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sunt index, oculi; vultus que est cordis imago;
Cor quòt habet motus, tot tibi signa dabit.
Non vulpes iterùm laqueo capietur in uno;
Gaude, suppositò si semèl ipsa cadat.
Furanti fælix quamvis sit sorte rapina;
Duratura tamen gaudia, crede, volant.
Iure viri iurando, & verbo, vt fune premuntur;
Talorum lusu fallitur vt que puer.
Fur nobis quotiès accedit tegmine ovino?
Cuius & examen cautus adire decet.
Formicas dispergès, harum si ora cavernæ
Inspueris; numero sed volitante, cave.
Insidias omnes, laqueos què evadere mundi,
Difficile est; fieri sed quoquè posse puta.
Prosit iter tandem, prosint & parta, crumenæ,
Si non profuerint hæc tibi dicta, vale.

EPISTOLA XXII.

Ad fratrem ad hoste captum in iactura Præsidij.

FRater, ab externo tua venit epistola regno,
Mòx que fuit madidis tota relecta genis.
Cum te nos scimus fortassè valere, valemus,
Cuncta què, si ægrotas, concidit ægra domus.
O vtinam possent optatam ferre salutem
Verba meis chartis, nec mora, missa foret:
Vt que domus valeat (nobis hæc una voluptas)
Per chartas semper sit tua missa salus.

Bar-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Barbaricas habitare domos,& tecta Tyranni
Luges in ſcriptis,exul ab urbe, tuis.
Exul ab urbe redi,noſtros ſiccabis ocellos,
Plangimus abſentem te quoque ſæpè,redi.
Plangit ubique Parens memor,& diffiſa receſſus
Convertit bibulos illachrymoſa ſuos.
Per què tot eventus,fratris non certa ſalutis,
Crede mihi,paritèr luget amata ſoror,
Continuo merſum quereris ſenuiſſe labore;
Quid que albis paſſus dicere menta comis.
Si ſenior factus,mecum ſolauere frater:
Non ego ſum iunior tempore factus eo.
Ærumnas dicis vultus minuiſſe rubores,
Ludente Æthiopum membra colore cutis.
Nullum què ad vitam, vt poſſes,ſolamen habere;
Nec comitum pænas poſſe leuare tuas.
Infelix equidem ærumnis ſolamen eiſdem,
Eſt miſeris ſocios ſæpè videre ſuos.
Viſcera noſtra premis,tantos ſed habere ſodales,
Si tibi fortè iuvat, languida corda ferit.
Carcere & anguſto corpus,mentem que teneri,
Arctum nec ferri poſſe cubile tuum.
Eſſe pavimentum nudum,ſine ſtramine lectum,
Saxoſum què ſolum ſæpè fuiſſe thorum.
Non ſolum de pauco,ſed quoquè pane nigello,
Ventriculo impaſto,ſat queribundus agis.
His indigna malis,albis fraudata alimentis,
Ad meliora citans nos vocat alma Ceres.

Can-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Candidiore sua venias vt fruge fruaris;
Nec Dea si clames, alma negabit opem.
Omnibus est finis rebus, solare futura
Spe libertatis, quæ est propè, pigra licet.
Hanc vt nanciscaris, & hoc solare labore,
Quippè minor fiet quilibet indè tibi.
Prospera ceù dites fortuna, vt festa, aliquando
Deserit; in miseros sic quoquè terga dabit.
Frater amice veni, pedicas dissolve cataslæ,
Tu nostri solum meta laboris eris.
Nunc iter, vt venias præstabunt æquora tutum,
Nec plus concutiet fervidus Auster aquas.
Hostes sunt molles, queis nos pugnamus uterque,
Est ventus nobis, & mare quid quid obest,
Æstas iam nostris virtutem viribus addit,
Non animum ponti territet ira tuum.
Et licèt his firmum certè nil possit haberi,
Spem mihi iam stabilem ventus, & unda dabit.

SECTIO SECVNDA.

Pulsatur lyra in Elegijs varijs.

ELEGIA I.

Hominis Natura.

NAvigium veluti, fluctus que per æquoris errans,
Cui finire viam, meta laboris adest.

Irato

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Irato que Salo, rigido seù turbine pulsum,
Iam descendit humum, iam subit astra tumens.
Excussum varijs vel quando flatibus Austri,
Inter aquæ spumas murmure sivè perit.
Æquora sic vivens, mundi migrare paratur,
Quem maris vnda quatit; seù mare currit ovans.
Est & vita eius, vento sufflante, lucerna,
Quam quæque extinguit littoris aura levis.
Incautus scopulos sequitur, vel cautus abhorret;
Affectus que fugit, quos reperire cupit.
Flet modò, mòx ridet, quasi vana vacillat arundo;
Horis & brevibus friget, & ardet amans.
Fallitur illecebris mundi, quibus indè volutus,
Auribus emulsis, languida præda ruit.
Decipiat que vt mundus eum, blanditur amore,
Territat & fragilem, frangat vt ipse metu.
An titubat cautus, si ceperit herva venenum;
Sed non, dimissa fronde, pericla fugit.
O quoties optata fugit, quæsita recedit,
Vana fides hominum! fallitur ò quotiès!
Quæstus deffectu fremit, vtilitate laborat,
Contemptum fugit, & futili honore viget.
Continet is nec opus dignum, quod laude coronet;
Torrenti potius cedit ubiquè mali.
Cogitat esse Iovem, stolidus que à germine natum
Arcadico, dicit, qui quasi talpa, loquax.
Et neque vota Deo, fuerit si prosper, adaptat:
Oblitus potius viribus arma movet.

Le-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Legibus adversis enutrit corpus, vt hostem
Mens comitem secum semper habere fleat.
Illimis caligat, humi sinè pulvere ductus:
Mens tamen effuso pulvere clara nitet.
Reddit ei à tenebris proprios lux alma colores;
Atque simultates inter utrumque parit.
Auxilium quærit, fuerit si infixa sagitta;
Atque redux pugnat debita vota dare.
Jumentis similis naturam ludit, & auget
(si iuxta carnem vixerit) ipse pecus.
Qualis enim sit; mòx quâ conditione fruatur:
Hæc sibi, si cupiat, noscere nudus agat.
Divitias simùl, & mundi deponat honores;
Incipiet que animus tùnc sibi vera loqui.
Vtque oculis cernat, lucis candore iuvetur;
Illa nam cassus mille pericla subit.
Plurima fortunæ strepitu non quærat ad vsum;
Si vt se contineat posside ipse satis.
Cuncta licet cupiat dives, non cuncta tenere
Sæpè valet: pauper spernere cuncta potest.
Vt teneat, vigilat: vigilat si forsàn avara
Largitur parca sors sibi dona manu.
Sunt & opes animis, nostro quasi fercula ventri,
Cui pariter nimium iugitèr omne nocet.
Alvus enim ieiuna nimis; repleta vel escis,
Detrimenta sibi traxit utroque modo.
Arida constrigit quoniam ieiuna meatus:
Distendit veluti quando repleta cibis.

Argen-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Argento, quaſi fictilibus ſi iugitèr uſus
Sit; non extrà rem, ſed nec abuſus erit.
Sit memor ipſe ſui, tanquàm vas fictile frangi
Et timeat, miſeras dum ſibi captat opes.
Sunt velut umbra dies eius, veteraſcit, & aret
Vt fœnum; fragilis vel quoquè ſæpè cadit.
Non aurum fornace nitet, ſed ſæpè monili:
In fornace tamèn ſorde carere datur.
Orbe pati, ſua reffert, & certare potenter;
Hoſtibus autem, ſi vincitur, arma dabit.
Trabs oculis ingens congreſſum mentis obumbrat:
Eſte procùl fraudes, vera reperta iuvent.
Cœleſtis Patria eſt medijs adeunda procellis:
Vela ſed ad pontum nauta parata gerat.

ELEGIA II.

Authoris querela.

ADvena ſum, liquidi Bætis ſemotus ab oris,
Quà ſalſus Ponti redditur amnis aquis.
Aſta modò, Veneri qua priſci templa litarunt;
Ipſam Tarteſsi cum coluere viri.
Arx erecta nimis, tanto ſed fulgida ſedes
Lucifero; multis nùnc & amata viris.
Ductus in Herculei fabricam ſed denique Templi,
Advena Gadiræ, natus in Arce, vocor.

Illic

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Illic sæpè animum tristem sub fronde iuvabam,
Verba & multotiès aura secunda tulit.
Illic & charis quondàm solabar amicis;
Vt possem pœnas indè levare meas.
Littora sivè maris lætus quandoque cucurri;
Prata vè perrexi; nam per utrumque licet.
Hic quocumque petam solum fit rumor aquarum,
Vndiquè Pontus adest murmure saxa premens.
Æquor ubiquè patet, statio sed fida carinis;
Et præter naves, nilque videre licet.
Trans mare prospicio frondes vicina per arva,
Quò memor hinc oculis, & quoque mente feror.
Mecum perpendo fortunæ verbera luctu;
Conqueror aut socijs, siquis amicus adest.
Est mihi solamen misero non esse labores
Maiores; cum sit panis, & esca labor.
Ictibus, vt ferrum molitur ab igne subactum;
Igne absente tamèn durius ære manet:
Sic animus durescit deficiente labore,
Ictibus à cuius molis abire solet.
Casibus adversis alor, & quasi dulcibus escis,
Mens non immani pasta labore cadit.
Diuitias fortuna meas excussit avara;
Quid queror? hinc potiùs quas dedit ipsa, tulit.
Vndique seditio nocturnas detrahit horas;
Nec sub Sole quies est mihi sorte data.
Discors in mentem bellum ciuile voluntas
Concitat, & claves postis ad arma gerit.

Vasa

© 2007 Ministerio de Cultura

Vaſa probat figuli fornax ignita frequenter,
At mentes hominum coniugis ora probant.
Vxori quotiès exter præſentor vt hoſpes!
Implacitis que ſonis ſubdita & auris adeſt.
Chara, ferox què ſimul, veluti matertera iurgat;
Solicitat quandò tela parare ſocrus.
Hæc queritur nimiùm, podagrà cum fortè laborat,
Ambulet vt lingua, quod nequit ipſa pede.
Cui cum iurgandi, in me, ſit conceſſa facultas;
Non auſcultandi tùnc mihi poſſe negat.
Vita quieta foret, fons ſeditionis abeſſet,
Si mea quæ fuerint, dixero & eſſe ſua.
Scindantur nimio quamvis ſua corda dolore,
Tegminibus parcit corporis ira ſuis.
Spontè, precor, parcat, poterat cui fortè nocere;
Virtutis que ſuæ gloria maior erit.
Quas geminat voces, reddit convallibus Echo;
Geſta tamen paritèr verba redire ſolent.
Acceptis que ſuis, ipſas dùm reddere curet;
Iurgia tunc credit dicta fuiſſe ſibi.
In vanum contra ſtimulum fortaſsè laboro,
Quando in torrentem conor àbire ſuum.
Iram, me miſerum! ſi eius compeſcere vellem!
Vngues exacuit, dente quià ora carent.
Sævit & indè magis; digiti neque lora remittunt,
Nec veniæ immitis repperit ipſa locum.
Noxia mille modis me, non impunè, laceſsit;
Atque minax digitis comprimit ora ſuis.

Caſi-

(ç) 2007 Ministerio de Cultura

Casibus hinc animus varijs agitatus, & illinc
Fluctuat, vt corpus debile sæpè thoro.
Hectorea inter facta, socrum vicisse, repostum.
Non video facinus; suspicor esse meum.
Nomen ab insidijs perpessis fama recepit;
Nec sinè fumo unquam surgere flamma solet.
Temperies sequitur magnas, tranquilla, procellas;
Sole que sub nitido iugitèr imber abest.
Intereà patior, vellem que recedere cautus;
Dextra sed aura fugit; non que redire queror.
Sed neque tutus ero, fuero dum proximus igni,
Quippè lupos inter, tutus, vt agnus, ero.

ELEGIA III.

Memento homo, quia pulvis es, &c.

ÆVa fores pulsant, quamvis longinqua putentur,
Præterita vtque dies, mensis, & annus erit.
Vltima ni fallor velox ventura propinquat
Hora necis, quotiès quælibet hora sonat.
Quælibet esse potest, sed qua moriturus in hora,
Ignoro penitus, scire nec arte queo.
Dum propero, veniet; quoniam festinat & illa,
Vnius, exiguo tempore, meta viæ.
Præfixus quamvis vitæ sit terminus, addit,
Siuè Deus demit tempora, quando libet.
Principis aula reis tutum præstabit asylum;
In mortem verò nec Iovis aula valet.

Emo-

© 2007 Ministerio de Cultura

Emorior' mo rti ſolvam ſub lege tributum:
Eſt nc quid humanis utile vita viris?
Tot Natura homini curas, tot præſtitit hoſtes,
Vt vitæ melius nil breuitate daret.
Sæpè vocare necem ſunt vota frequentia vitæ:
Si veniat, fugimus; non què vocata, venit.
Immemores ſequitur, memores non tarda moratur,
Concutit heù mentem; non meminiſſe, pudet.
Inſidiatur enim iuvenes, & pallida portas
Antè ſenum vigilat, non tamen ulta fugit,
Ocyùs effugiet, ſi tu contempſeris ipſam,
Antè oculos quotiès ſit tibi, victor eris.
Omnibus hoſpitium funeſtum deniquè terra
Dira parat; cunctis inijcit illa manus.
Non facie demulcet eos, quos falce cruentat;
Vultus enim potius, vultus, & omen adeſt.
Fertur Alexandrum cunctis iuſiſſe diebus,
Oblitam puerum tèr geminare necem.
Omnibus indè diebus, ſcù bellator ad arma,
Aut eburis curru, fortè vel iret eques;
Sivè dapum, Natorum ſivè hæſiſſet amori;
Horrida tinnitus vulnera vocis erant.
Non opibus credas, mortalem què eſſe, memento,
In te quàm citiùs mors quoquè flectet iter.
Quos nupèr victores, ecce videbis humatos,
Gloria ſic hominis prætereuntis abit.
Experior pauidus Regis documenta ſupremi;
Non ego diſſimilis conditionis ero.

Ecce

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ecce ſodalis heri, pulvis iam pulvere dormit,
Et cinis eſt hodie, qui comes ante fuit.
Fumus homo eſt; ab humo talisque vocatur, & ortus
Ærumnis, ad humum deniquè ſpontè redit.
Cætera præterito, mortalis, tempora iungam;
Quippè fui pulvis, ſum quoquè, pulvis ero.
Ventus enim, pulvis què huius ſunt ſtagmina vitæ,
Pulvis & á flatu, flabilis ille, perit.
Defficit, atquè ſimul ſervatur flamine pulvis;
Cuſtos, atquè hoſtis ſic mihi flamen adeſt.
Vt pulvis plerumquè leui corrumpor ab aura;
Suſtinet hæc vitam tracta per ora, meam.
Servatur ſimili viuens; de pulvere naſcor
Pulvis: ſervabor pulvere, pulvis ego.
Sub pedibus quamvis iaceat, de mente revulſus
Non ſit, nec longè, ſi rediturus, eat.
Somnus ſi vita eſt, ſomno meliore fruamur,
Et mihi, cum vigilem, dulcis adeſſe velit.

ELEGIA IV.

Commoda, & incommoda vitæ.

CVr mæſtus recubas viridi ſub fronde vireti?
Fraudantur placidis florida rura iocis?
Triſtitia oppreſſo placeat tibi dicere; quarè?
Dum fit communis cauſa, levanda venit.
Mæroris comites, gemitus ſunt, fletus, & angor;
Vt levius morbum te tolerare foret.

Quid

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quid ſit homo perpende priùs, quid ferre teneris,
Nullus quę adverſus iàm tibi caſus erit.
Prima Dei vox hanc lucem candore creavit,
Omnibus & cæpit rebus ineſſe color.
Nec tentamine vita caret, nec fluctibus vnda;
Nec caret æ rumnis, ſiuè dolore, ſenex
Vmbra velùt corpus, mentes peccata ſequuntur;
Quæ niſi d efficiat corpus, abire valet.
Si quid es, obſervas; melius ſcrutator habebis,
Si paritèr teneas mente, fuiſſe nihil.
Tranſit homo velut umbra, & tranſit inanis imago;
Defficit hæc ſubitò, & vana figura perit.
Quot miſeris laqueos imponit mundus ubique!
Lætitia fallit; ſivè timore premit.
Mundus, vt exilium, finit certamine vitam;
A patria ſed dum vixeris, exul eris.
Hic quocumque cubet, vel lectum transferat æger,
Vt ſocius ſequitur non niſi morbus eum.
Conditur eloquium, virtus liquefacta dehiſcit;
Seù pu dibunda citò pergit in antra fugax.
In putri veluti vagina ferreus enſis:
In fragili virtus corpore ſæpè latet.
Dum flores agerem, coluber me dente momordit;
Conduntur dulci ſæpè venena ſavo.
Deſperata ſalus nullis ſervatur ab eſcis;
Spe verò nocuos effugit illa cibos.
Eſca malis eſt, mundi delectabile munus;
Eſtque voluptas, quod piſcibus hamus adeſt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

A ſacris, vt inops homo, mendicare tenetur;
Vt que gerat bellum flagitat orbus opem.
Quò natura vocat, ſi vis abſcedere, virtus
Antè, ſequi vt valeas, ſit tibi parta prius.
Vitam quæ faciant iucundam, multa videbis;
Quæque manus nobis tangere ſæpè licet.
Si non invenias ullum ſolamen in ipſis,
Humanæ culpà conditionis erit.
Nobilis eſt hominis, quamvis terreſtris, origo.
Cui tandèm Cœlis ultima ſella manet.
Eius (ſi pictura placet) miremur & artus;
Quod valet inſigni qualibet arte, magis.
Eius enim decori, obſcænus nil detrahit ortus;
Inter humi ſtercus proficit orta ſeges.
Qùippè lucerna nitet, quæ non extinguitur unquàm;
Fulgida, tranſacto veſpere, rurſus erit.
Celſa, creatoris mentem comitatur imago;
Qua quodcumque tibi ſat leue fiet onus.
Fixa (Poli decus) atque errantia ſydera, quorum
Vivimus influxu; quo ſine marcet humus.
Lumina clara nimis, curſuque volubile Cœlum
Præcipiti, numeras quo redeunte, dies.
Mentibus eloquium ſervit, famulantur & artes
Vſibus inventæ; ſi dare vultis opus.
Sicut avis montes, oculi iam transvolat ictu,
Iam maria; in varijs mens quoque rebus agit.
Sicut aves, aer; viventia plurima tellus
Seruitio ducit; ſint vel ut eſca ſimùl.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tot florum ſpecies, quorum gaudemus odore;
Qui vario,& ſenſus ſæpè colore iuvant.
Tòt fontes, tòt flumina, tòt maris æmula ſtagna;
Vt numeres meliùs quas vehit amnis aquas.
Arboris vt fructus, frutices, tòt ſemina, plantas;
Quæ non ſit, vix eſt, vtilis herva tibi.
De tòt enim rebus, quas offert mundus abundè;
Elige ſub riſu quæ tua corda iuvent.
Fletibus, vt riſu, præſtas viuentibus omneis,
Et tibi ſubijcitur quodlibet orbe datum.
Non que tibi bovis eſt robur, moles vè cameli;
Robur, & amborum cedit ubiquè tuo.
Colla boum per te quoquè ſubijciuntur aratro,
Et fræno cedunt ora libentèr equi.
Eſt & onus levius, manuum ſi turba gregetur;
Sola quod vna nequit, ſi comitetur, aget.
His ſi multotiès quædam miſcentur amara,
Dulcibus admiſsis forsàn operta feres,
Lenibus, vt corpus; ſic mens nutritur acerbis;
Impar ſed merces mòx ſub utroque latet.

ELEGIA V.

Dat teſſera bellum.

Mlles ad arma vocor, confinis q̃ hoſtibus adſtum;
Bella mouet Gallus; victor ubiquè micat.
Tympana iam reſonant, ſtrepitu dat teſſera ſignum,
Accinctus que armis fundit ubiquè minas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ampliet vt Regnum, motitat dam nabile bellum,
Machina quæ eſt noſtro dira ruina lari.
Iam rigidos falces curvæ mutentur in enſes;
Armis quæ aptetur ſerica quæque toga.
Tormentis geritur, manibus quod fortibus olim;
Nec datur hoc bello viribus indè locus.
Fortia miſsilibus pilis non membra reſiſtunt;
Contrà quas nullum proficit artis opus.
Non ſolum numero is pugnat. ſed viribus, atquè
Inſidijs, vna dimicat ipſe dolo.
Et ſi non propria ſub fronde venena laterent,
Deſpiceret miles iugiter arma doli.
Quartana premitur Leo, ſed non ungibus orbus
Ipſe iacet; Gallum nec ceciniſſe timet.
Militibus (vacuum quamvis ſit nauibus æquor)
Terra tremit: Leo ſed vivere pace legit.
In que hoſtile ſolum validus ſi transferat arma,
Curvabit criſtam Gallus in urbe ſuam.
O quoties numerum, virtus excedit in armis;
Quodque facit virtus, maxima turba nequit.
Cervorum metuenda phalanx, ducente Leone;
Sed ceruo minimè ſub duce, bella time.
Bella movere foràs eſt multis ſæpè ruina;
Si non motoris mænia tuta manent.
Arma foras ceſſent, tua cuſtodire ſit æquum;
Pro multis, ratio dimicat vna domi.
Reſpice Galle tuos, ædes deffende tuorum,
Indignè fuſo ſis què cruore ſatur.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Templis parce pius;deſtructis turribus altis
Turcarum potiùs,dextera fléctat iter.
Si bellum geritur, pace vt lætemur adepta:
Pax properet; bello iam ſit inepta manus.
Tuta ſit vt proprio,tùm fida potentia Regno;
Impone & firmis viribus ipſe modum.
Nonque gradu poſitus ſubijt plerumquè ſupremo:
Certius eſt regredi: non & adire ſuprà.
Vidimus ingenti quoquè proſperitate ſedentem,
Eius in exitium ſæpè fuiſſe viam.
Sol quamvis moveatur; & ipſe cacumine Cœli,
Erga nos motu ſæpè minore patet.

ELEGIA VI.

Hominis labores.

VT tumidos intèr fluctus deſerta magiſtro
Concutitur navis proxima naufragio;
Errabunda Pharon ponto proſpectat ab alto,
Solis in occaſu,ſi ſit egena ducis.
Dumque per immenſas ponti dilabitur vndas,
Obſervare ſcopum ſit ſibi ſola ſalus.
Et ſi nocturnum ſomno det navita tempus,
Lucifero,captus, mòx ſubeunte, cadit.
Mortalis titubat mundi deſertus in umbris·
Et qua parte petat neſcit,vt orbus, iter.
At ſemel infixam tulerit ſi corde ſagittam,
Mòx quamvis fugiat, cæſius ubiquè cadet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Strangulat ora ſimul ſeries immenſa laborum,
Cauſa fuit cunctis vilis origo malis.
Nulla quies nec nocte datur; conceditur ulla,
(Sæpè vacillando) ſed nequè mente quies.
Heù tanti capitur morbi formidine ſempèr,
Vt ſibi ſit mortem ſæpè timere nefas.
Amiſſa lugent dilectá membra ſalute;
Incipit alteruter, cùm dolor unus abit.
Iam caput ægrotat, torquetur tormine venter;
Seù nimia tuſsi pectus adeſſe canit.
Defficiat ſanguis, ſanguis vel fortè ſuperſit;
Debile ſentitur corpus utroque modo.
Sit nè domus, dubitat, corpus, commiſſa colono;
Hoſpitium vel ſit, quo mora ſæpè brevis.
Iugitèr hoſpitium corpus iam dicit adeſſe,
Eſſe què cauponi nos, & ubiquè, graves.
Eſſe nihil, quamvis noſcat; docuere dolores,
Corpus ab adverſis hoſtibus indè ſtrui.
Agnoſcit natura fuiſſe doloribus aptam;
Atque modò nudam tot ſupereſſe malis.
Provida ſorte dedit brutorum cuilibet arma;
Cui ratione tamen conſtat, & ipſa negat.
Squamma tegit piſces, volucres & penna venuſtat,
Lana què pellitas veſtit, & ornat oves.
Mollibus vt corpus, ſic mens nutritur amaris;
Invenit hæc requiem, corpus ubi perijt.
Eſt nihil arcanum quod ſit ſub morte latentèr;
Vnicuique dolos detegit ipſa ſuos.

Occu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Occulitur facies eius, ventura que certè,
Pravos, siuè bonos abstulit vna dies.
Præsentem cum morte diem vel diuidit ortus;
Ludere cùm nequeat vota statuta semèl.
Sunt què neci claves restricti carceris huius;
Portas pandit, homo morte solutus abit.
Impete maiori (vt suflat dùm desinit aer)
Effertur vanus proximus ipse neci.
Accedit què quies obscuro pacta sepulchro,
Sed mundi tantis vltima meta malis.

ELEGIA VII.

Nil hodie sufficit nobis.

MAgnus erat quondã mundo incipiente tumultus
Inque feras olim tela parabat homo.
Cura que mortali dominandi cuncta vigebat;
Sub ditione sua cedere cuncta volens.
Grandis enim parvum vellet fortasse vorare;
Sanguineis que dolis tempora fata dabant.
Adversus què feras homini non vlla potestas
Proderat; in multis deniquè victus erat.
Quippè Leo superabat eum, tum robore taurus,
Fallax & vulpes calliditate sua.
Aerias velox & avis dum curreret auras,
Captabat metam iugitèr illa prius.
Vnguibus arma ferebant, vel sua rostra parabant,
Concessumque ipsis posse nocere fuit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

A Cœlo donec deſcendit Iupiter alto;
Cui leges licuit ponere cuique ſuas.
Veſcebatur homo ſpontinis glandibus indè,
Immundos imitans, dum ſatur, ipſe, ſues.
Tunc fruges aderant, Cœlo ſubeunte miniſtro;
Vomere nè tanto terra ſubacta foret.
Arbuti baccis, ſpolijs & agreſtibus vſus,
Impleto lætus rumine venter erat.
Tunc nequè cura fuit ſolum mulcere palatum,
Eſcis ſed ventrem ſpontè replere datis.
Spontè fluebat tunc liquidus de fontibus humor;
Sedandæ què ſiti tunc dabat amnis aquas.
Hoc abijt tempus; multo ſub aromate condit
Nunc eſcas: vanè tempus & ire ſinit.
Cogitur & tellus, fruges vt donet, aratro;
Ductibus ad potum tùm quoquè cedit aqua.
Sufficiunt nec aves, nec cuncta animantia terræ;
Atque ſatis piſces ſed nequè pontus habet.
Eſt hic communis; proprios ſed ſuſpicor eſſe
Tantùm quos piſces viribus æris emam.
Quid quid enim volitat, ruris vel calcat arenas,
Vel ventrem ſequitar, vel ſepelitur eo.
Hinc laqueos ſolum, viſcum meditatur, & hamos;
Vel venatur aves vngue rapacis avis.
Incipit ingluvies, quamvis condita placenta
Ceſſet; rurſus & hinc ora voracis hiant.
Nec miror quoſdam iam defeciſſe repentè,
Si tantis alitur vita cadaveribus.

Tum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Turget enim ſolers piſtorum turba coquinis;
Lancibus & varijs clamitat alvus ali
Nulla ſibi pars corporis eſt privata labore,
Sivè cibos manibus, corde vel ipſe vorat.
Fercula cum calidis permiſcet frigida ſæpè:
Acribns interdùm dulcia mixta petit.
Pocula panticibus non ceſſant vite reperta;
Altera grata nimis faucibus ipſe gregat.
Et licèt exta cibis gaudent, & laxa tumeſcunt;
Corpora plus potiùs languidiora manent.
His ſedatur enim, ſed non extinguitur unquam
Eſuries: poſcit plura ſed indè vorax.
Ad menſam què miniſtrant, quas gula condidit, artes;
Invènit multas ingenioſa fames.
Hæ nequè ſunt, quas exercebat Nobilis olim;
Mechanicis potiùs munus obire ſtudet.
Inſtar & alterius dignæ cuiuslibet artis;
Obtinet inſignes apta culina libros.
Imminet exitium, ſeù mors plerumquè guloſo;
Attamen vt piſcis diligit ore necem.
Vivere non alitèr quoniam ſe poſſe fatetur:
Fallitur, ad vitam ſufficit eſca minor.
Quò tendit, perpendat ſi ad maiora creatum,
Non ventri ſolum, dicimus ingenium.
Ingenti facies pateat rubicunda pudore,
Vt manifeſtus ſit, qui ſibi reſtat adhuc.

ELE-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ELEGIA VIII.

Thetis Pelei nuptias contrahit, & certant Iupiter & Neptunus eiuſdem amore capti.

EN formoſa Thetis per ripas ducta *marinas*,
Secum virgineos traxit ab axe *choros*.
Præſtantes ſolito variabat more *figuras*,
Et pulchram meritò quamlibet eſſe *putas*.
Hoc ingreſſa nemus, Cereris per rura, *labores*
Sublevat agricolis, mutet vt ipſa *plagas*.
Poſt flores, fructus evulſit candida *quernos*;
Laſſa ſed in molli ſæpè ſedebat *humo*.
Acceſsit Peleus vicino gramine *paſtor*;
E manibus nunquam deficiente *pedo*.
Reſpexit Thetidem, cuius velabat *amores*
Pectore, ſollicitans coniugis ante *toros*.
Cæcus amor, ſed dulcis ſæpè, creauerat *alas*,
Atquè alias paritèr triuerat ille *togas*.
Ad tædas luget menſis tranſire *Kalendas*,
Nec longas adeò ſuſtinet eſſe *moras*.
Nocturnas umbras Aurora fugauerat *alas*;
Et Sol condiderat ſydera fronte *pia*.
Iupiter ecce venit, ſimili fortaſsè *veneno*
Ictus, vt is comptas viderat arte *comas*
(Neptuno iuxta Thetidem properante *miniſtro*)
Pallet, & inceptum detinet ore *vale*:

Eius

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eius perpendit vultum mutasse *colores*;
(Iunxerat vnus amor Numen utrumque *modo*.)
Vltrix ira Iouis per campos migrat *amenos*,
Lascivo & queritur sub pede trita *rosa*.
Quo Neptune petis? quis te decepit *Adonis*?
Non Veneris vultus celat habere *notas*.
Quid tibi? quisque tenet quod cuilibet obtigit *orbe*;
Æquora nostra rego, tu quoque ruris *aues*.
Est ne tuum æquoreas Ponti dominare *cavernas*,
Me duce? nunquid aquas Rege carere *putas*?
Ipse timet, fines quia quamvis ducat *honestos*;
Diversos habitat sub Iouc sæpè *polos*.
Numina contendunt ritu lasciua *profano*,
Dilectæ Thetidis quilibet esse *comes*.
Iupiter, ad cuius vultum tremuere *Leones*,
Qui què volens coget mandere frena *tigres*.
Sic fatur: cùr, dicas, cùr mea facta *repugnas*?
En dilecta Thetis, quam legis, ipse *lego*.
Cedat amor Neptune tuus, nolique *triumphos*
Hos fædare, mihi dat speciosa *Venus*.
Quod si aliter facias, proprio sub Numine *juro*
Insolitas iras experiere *meas*.
Nec moror: est ne Dijs tantis concessa *ruina*?
Sorte puella datur, quam sed adire *cave*.
Et conversus ait, per te sum virgo *cadaver*,
Me miserum, sub qua, respice, parte *locas*.
Imposuit liti amborum patientia *fines*;
Nec datur hoc causas plus referare *loco*.

Eius

Con-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Conveniunt, & quiſque ſuos ſub corde *dolores*,
Quò magis accedit, ſentit amore *graves*.
Nè dubites, dicunt, & præſtantem elige *forma*,
Nos in amore tuo credimus eſſe *ratos*.
Nubere nolo, Thetis dixit, nec reprimit *iras*:
Eſte procul, Peleum iugiter ipſa *volo*.
Iam diſcedite Dij, mulier ſum irata, *cauete*,
Non nè meas ſcitis pondus habere *minas*?
Eluſit facies, æris que carere *talento*;
Triſtes atque procos miſit amata *pares*.
Cedunt, quippè Deos in partes ire *remotas*
Cogit, & inceptas adiuvat ipſa *fugas*.
Vngues, dum loquitur, Pelei crevere *rapaces*,
Exacuit que ſuo ſigna gérenda *toro*.
Ira, Thetis, ceſſet; greſſus converte *ſerenos*;
Iam fortuna ſuas commovet arte *rotas*.
Cuius ſperat amor, thalamos amplexa *modeſtos*,
Suſcipe, & illius deſuper ora *cuba*.
Corporis ad cultum citiùs perquire *tabernas*,
Præcedat què merum iam leporina *caro*.
Dat præcepta thoro dicens tunc pronuba *Juno*:
Hinc tua ſub tanto vindice Regna *coles*.
Congreſſu fuit ex iſto mòx natus *Achiles*,
Diceret vt leges, fortis ad arma, *ratas*.
Fertur & has olim tædas celebraſſe *Poetas*,
Dum Thetidis greſſus dinumeraſſe *puto*.
Mortalem que fuiſſe, Deos iuſiſſe *tyrannos*:
Dedita ſed legi, ſuſtinet eſſe *malos*.

Vltr

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vltima verba legas patrio sermone relata,
Quidquid significent sunt tibi nota, vale.

ELEGIA IX.

Ætas ferrea.

CArminibus veniat nostri narranda facultas
Temporis, & fletus sit quoque pondus eis.
Ætates fluxere illæ, quibus ultima ferri
Succesit torquens viscera nostra malis.
Aurea quæ fuerint fulgentia tempora quondam,
Vel tempus trivit, sivè sepulta iacent.
Quæ foret ætatum plus duratura, recessit;
Et venit nostris testificanda genis.
Si subitò venias radijs è Solis ad umbram,
Quæ fugias cæcus sub pede multa tenes.
Orbis eos quotiès, qui non vicere, coronat!
Ordine que inverso diuidit ipse bona
Vanescit communis causa, premuntur & urbes,
Nam privata hodie, cuilibet apta, viget.
Fraus permissa valet, leges curvantur abusu;
Subijciuntur enim vestis, & esca, dolis.
Carpe bobes stimulis, dùm numina voce fatigas,
Et plaustri querulas unge bubulce rotas.
Terra negat segetes; ex rapto vivitur auro;
In terra licitum dicitur omne nefas.
Fraudibus, alta domus, ludis que theatra parantur;
Arma antiqua latent, & periêre viri.

Vt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vt cuſtos alitur canis, is què famelicus hædos,
Diſperſo; turbat proditione, grege.
A diſco, velùt argentum dùm ſeparat ignis;
A vitijs virtus ſic liquefacta venit.
Vt molles animos, virtus contemnit inertes;
De ſudore cibum mandere nullus agit.
Carpe bobes ſtimulis, dum numina voce fatigas,
Et plauſtri querulas unge bubulce rotas.
Aulicus eſt factus, quærit què domeſticus eſſe
Regi, cuius vix noſcitur orbe domus.
Nutritur ponti piſcis ſalſedine aquarum,
Oſtentat ſalſas, & nequè dulcis, aquas.
Tegmina quærumtur non vtiliora frequentèr;
Quæ ſubtilior eſt veſtis, ubiquè præit.
Quas hodiè veſtes communis præſtitit uſus;
Adventu alterius, cedere manè vides.
Occulitis vultum pilorum tegmine; penſum,
Quo aptatam poſſet fermè onerare colum
Carpe bobes ſtimulis, dum numina voce fatigas,
Et plauſtri querulas unge bubulce rotas.
Optat avarus opes, licèt vtilitate carerent,
Nam ſine menſura cor ſatiare cupit.
Non pelago, ſed avaritiæ demerſus in unda
Nauta prius, vento parta ferente, perit.
Eſuriens animus pro dulci ſumit amarum;
E contra ſaturus conterit ipſe favos.
Effuſis lacrimis dulces depaſcimur eſcas,
Regis quas acres efficit apta manus.

Car-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Carpe bobes ſtimulis, dùm numina voce fatigas,
Et plauſtri querulas unge bubulce rotas.
Lætitia colimus campos poſt ſemina iacta,
Fletibus & fructus percipiendus adeſt.
Temporibus noſtris dicetur parcus, avarus;
Sobrius, auſterus, triſtis & ora premens.
Effuſor, generoſus adeſt; lætus que cachino;
Qui quondàm fortis, fit quoque molis eques.
Poſtulat extremis dives medicamen ab indis,
Atque domi morbo quod petit, hortus habet.
Non pelagi fluctus horret iam nauta minaces;
Agricola & pluvias ſed nequè fortè pati.
Omnis abeſt timor, & quæcumque pericula tollent,
Si ad vitam cupidus quærat uterque dapes.
Carpe bobes ſtimulis, dum numina voce fatigas,
Et plauſtri querulas unge bubulce rotas.
Arte laboratæ puppes duxère per undas,
Quæritur & ſalvo milite, ſola ſalus.
Sicut apum, fumo ſubiecto, examen in auras
Advolat, & ſtructos deſerit arte favos.
Sic quocumquè cubet, ſeù miles caſtra frequentet,
contemnit proprios, preſſius ab hoſte, lares.
Sit Deus in nobis, deponant pectora curas,
Ne ſint ætatis ferra, monile mihi.
Carpe bobes ſtimulis, dum numina voce fatigas,
Et plauſtri querulas unge bubulce rotas.
Ferrea ſed quarè dixerunt tempora priſci,
Iuxta ſi eventus nomen habere, decet?

Aurea

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aurea iam potius præſens memorabilis ætas
Vltrò dicetur, ſi mihi danda fides.
Aurea dicatur: præſenti præualet aurum,
Quo luſtrat totum turpe tribunal opus.
Non meritis, munus; promiſſo venditur auro;
Quilibet eſt dignus, dummodò reddat opes.
Ex præda vivit, velut urſus, ſæpè tyrannus,
Et nos blanditijs fallit ubique ſuis.
Turpiter ad delicta fores ſunt orbe patentes;
Nos & ſpes veniæ ducit adire ſcelus.
Diuitiæ fiunt cædis, ſcelerum que miniſtræ,
Subijcitur pretio ſanguis, & alterius.
Carpe bobes ſtimulis, dum numina voce fatigas,
Et plauſtri querulas unge bubulce rotas.
Impunita manet, præſenti iudice, culpa
Sepè; licèt maneat cauſa ſub urbe diu.
Ad libitum vendit merces quicumque tabernis,
Eſt que ſuo pretium rebus ab ore datum.
Vnus emit cautus, fallax quod vendidit alter;
Geſtis & ſocium fallit uterque ſuum
Corpore qui poſſet vivas extinguere flammas,
Poſt prædas media raptor in urbe patet.
Tot caſus lapides coguntur flere miſerti;
Credite, de dira non niſi ſtrage queror.
Cur tamen hæc fiant, dubito, nec dicere poſſum,
Ambitio quare ſubliget iſta manus.
Æquo animo noſtri pateant ad utrumque parati,
Si labor eſt vnus, ſit tibi, ſit que mihi.

Et

© 2007 Ministerio de Cultura

Et ſi cogat amor lachrymas referare, memento,
Forsan erit maius poſteritatis onus.
Carpe bobes ſtimulis, dum numina voce fatigas;
Et plauſtri querulas unge bubulce rotas.

ELEGIA X.

In Canonizatione S. Joannis de Sahaun, Ordinis S. P. N. Auguſtini.

PIeridum celebris, plus & formoſa ſororum!
Sublimi veniat montis ab arce Clio.
Romanos ritus dulcis modulamine vocis,
Ponderet Euterpe, laudeque digna canat.
De tellure virum munitum viribus almis,
Pontificis iuſſu pſallite vota, rogo.
Inclita nunc ſedes ingenti murmure vulgi;
Quæque Saagun iam vota meretur, ait.
Vnde fluit fonti obſequioſas reddite grates,
Omni qui ſacro munere dignus adeſt.
Sacra domus magni Libici lætare Parentis,
Clara, nec alterius nobilitate minor.
Nomen erit iuſtum, ſi à patre Auguſta voceris;
Auguſtinus enim nomine facta refert.
Fama ferat laudes meritas, Altaria fument,
Quæ, veluti Divis Æthera, ſancta reples.
Vota canant alij Patris, nos iſta canamus
Sedis Apoſtolicæ nunc data iuſſa recèns.

Dice-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dicere ſolve metum proprios conantis honores,
Debilibus munus viribus improprium.
Non ſatis in parvis dicuntur magna libellis:
Ingens cernit opus lamina curta procul.
Quos Eccleſia frondenti manifeſtat in agro
Flores, ſunt culti vomere (ſacra) tuo.
Ritè Ioannes huic operi (ſacrabile munus)
Cælatus ſertis tempora primus ineſt.
Sæpè Saagun illuſtri cognomine notus,
Eſt (vbi Facundus Divus) obortus eques.
Dum collega prius, veteris que corona lycæi,
Virtutis miras fudit ubique notas.
Doctrinæ fuit eiuſdem Salmantica teſtis,
Et multo Cathedræ tempore rector ibi.
Continuò Chriſti ærumnas meditator agebat
Sæpè vigil noctu, ſedulus ipſe diu.
Ipſe vt Sacra Deo offerret, iucundus ad Aras
Ibat, & ex ipſis nollet abire procùl.
Pignore ab inuento nollet ceù mater amato
Auelli, & vultum luget abire ſuum.
Non & ab amplexu eſt illam qui ſeparet ullus,
Sed geminat potiùs ſaucia amore datos.
Sic & ab Altari noſter diſcedere Divus
Nollet, ab inuento ſæpè patente Deo.
Quippe dolore perit poſſeſſum, ſi quid amore
Antè fuit: præſens quod quoque corda levat.
Hic, diſcens arcana, oculos mulcebat, & aures,
Et fieret facies tota oculata libens.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Præſule ſacra iubente citò finiret vt alma,
(Moris vt eſt reliquis) hæc pudibundus ait.
Parce Pater, tu parva iubes, ſi membra movere,
Ora vel auderem; non & abire meum eſt.
Mandatis parere licet de ſidero pronus,
Cætera cuncta potens detinet ora, manus.
Ipſe palam mecum miſero lætatur adeſſe;
Gaudet & indignos hos habitare ſinus.
Plura notauit humus tanti miracula Patris:
Narret, & ornatis collocet ipſa locis.
Quam niteat pietate ferant elementa coacta;
Non alitèr putei iuſſa ſubiret aqua.
Obtulit illæſum limphà ſubeunte puellum
Declivis puteus, qui que tumebat aquis.
Flebat enim Mater, lachrymis creuiſſe genarum
Rore ſuo limphas, illachrymoſa videt.
Grates gratis agit, plebis comitante caterva,
Et puer, & puteus, ſigna colenda, canunt.
Plaudebat populus, Diuo fugiente per urbem;
Secum quæ mundus vana venena trahit.
Percuſſus nimium populari fugit ab aura
Lndibrij quærens omnibus eſſe notam.
Præſulis irati conuicia ſuſtulit, amens
Dum fit; eum vt nauci vana teneret humus.
Orabat pronus celeres nè perderet horas;
Dilexit quoniàm munus obire ſuum.
Lumine deficiente, dederunt ſydera luces;
Curæ quas acuunt officioſa ſuæ.

Obtu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Obtulit alta facem, flexa ceruice, cupressus,
Et pulsis tenebris lumine farta iuvat.
Gloria si dicenda, caput deflectat, & ora;
Arbor non iam sit rustica, vt antè fuit.
Cuncta orbi vellem miratu digna referre;
Aera sed feriat fama, canente tuba.
Maius perficiant calamis tua facta volumen,
Et tu fac maius pondus adesse meo.
Oblatis que Deo precibus, pro fratribus ora,
In regna vt cunctos divitiora ferat.

ELEGIA XI.

DIALOGVS.

SENEX, & IVVENIS.

S. ESt duplex mihi morbus; morbus, & ipsa senec-
Inuita & virtus cedit utrique mea. (tus;
Quid nè duobus agam, cuiquam si cedere nollem:
De tenui virtus surgere magna nequit.
Sunt hostes mihi, dum virtus mea defficit, aucti;
Vnum cùm tantùm vincere vix valeo.
Membra senectuti cedent fortasse libenter;
Sed morbi nolent ferre coacta iugum.
I. Viuere si optabas, cut te vixisse fatigat?
Finire incæptum te ne pigebit iter?
Noscere turpe fuit veteris vestigia flammæ,
Turpe que si iuvenem cogitet esse senex.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Numquid iam canus pueraſcis anilibus annis?
Aut nigras cenſes poſſe redire comas?
Ob morbum luge, non te ſenuiſſe queraris;
Quid quid amaſti olim ſemper habere, tenes.
Eſt ſenuiſſe malum, numquàm què ſeneſcere, peius;
Deformi cedunt cætera damna neci.
Præteritis nimiùm plerumque laboribus vrget
Vita: tibi hos quæris ſi remeare velis.
S. Deſerit exta voluptas; ſed labor ipſa ſecutus
Eſt: fugit illa citò; proximus iſte ſedet
I. Perdere fas eſt quod non amiſiſſe pudebit:
Quod que per oſa alijs, ſint tibi chara, nefas.
Eſt animi, non corporis, inquirenda voluptas;
Permanet hæc ſtabilis, ſub què labore viget.
S. Canities oculis, quamvis veneranda, moleſta eſt,
Et rugæ vultus ſunt quoque aratra mei.
I. Non te pæniteat nigrum mutaſſe colorem:
Lilia ſunt calathis candida grata nimis.
Montibus indè niuis, ſed non carbonibus eſſe,
Gaudebis ſimilis: nix tibi vere placet
Non corvo fædo, cygno lætare nivali:
Dum crocitat corvus, tu Philomela canes.
Corpus arant rugæ: meliùs frondebit arata
Terra; bonos fructus ſic benè culta dabit.
O felix, flores tulerit quos prima iuventus,
Si videat fructus, ſivè ſenecta metat.
Iam venit occaſus, tempus quo poma putator
Colligit, & ſolùm nobilora ſibi.

S. Si

(c) 2007 Ministerio de Cultura

S. Si venit occaſus tibi fortè morabitur ætas
Hæc mea? Quid citius, quid niſi tempus abit?
Ocyus amittit facies formoſa ruborem;
Ocyùs & virides arbor adulta comas.
Quid prodeſt iuveni Parcarum ludere penſa;
Denique ſi mortis tecta cadaver adit.
Tecum compatior; mihi iam poſt terga labores
Ecce manent: ſperas quos tibi amice, fleo.
Vita brevis fuit, & ſenium properaſſe, neceſsè:
Vita tamen melius nil brevitate tenet.
Non ſenium ploro, iuvenem ſed ploro fuiſſe:
Olim egiſſe, queror: tum modo quid quid agam.
Quid ſenibus prodeſt, poſt caſus, vita peracta,
Longa licet fuerit, ſi ſibi reſtat onus?
Eſt tua continuis obnoxia lapſibus ætas,
Mille què circumdant viſcera damna, cave.
Heus valeas (dico) venit irrevocabilis hora;
Extremum què pedis cymba Charontis habet.

ELEGIA XI.

Obitum plangit Ducis de Guaſtala, huius Provintiæ Generalis.

Me
MElpone aereos Libetrhum nimpha per Orbes
Deſerat accedens, temperet ipſa lyram.
Carmina non plaudant venientes montis ab alto,
Iunonis Templi Naiades in fluvium.

Lu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Luſiſtis ſatis, ad lachrymas convertite lymphas,
Nunc dolor excedat limina; fletus, aquas.
Principis haùd hilari liceat narrare camænis
Cantu obitum; dolor heù fine carere canat.
Plangat Eros vnà, redeatquè querela quotannis,
Vrbs Guaſtala Ducem perdidit, iſta patrem.
Carpere fas potius diræ Lacheſis in umbris
Condentis funus, quem rapuiſſe nefas.
Cùr rapis? æterna dignum ſic mente tuliſti,
Parca virum? hoc nè tuum condecorabit opus?
Cùr vehis antè diem? ſi non matura ſenectus
Vota neci negat? eſt iſte ſecuris apes?
Charus erat nobis, noſtro & chariſsimus ævo;
Neſtoris ipſe annos vivere dignus erat.
Progeniem Gonçaga refert cognomine fama;
Ærea perpetuò ſic elementa ferant.
Cæſiareum genus eſt atavis, queis Sancta propago
Tellurem decorans, Æthera celſa replet.
Arma vibravit ovans, quarto ſub Rege Philippo;
Carolus & ſubijt dexter in arma, ſuis.
Militijs poſtquàm victorem buccina clanxit,
Noſtra ſuam vigilis Patria vidit opem.
Hoc duce nos reduces (trivit dum Gallus arenas
Claſsibus æquor arans) littus & omne fuit.
Gloria magnanimi iubaris manſura ſuperſit,
Hæ ſint maiores poſteritatis opes.
Spreuit, quas fortuna ſibi generoſa paravit
Diuitias: didicit que Arce gregare Poli.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Plus

Plus alijs exortus, quàm ſibi, munera rexit;
Vt pietate daret quod ſibi & eſſet opus.
Omnibus eſſe pium pandit poſtrema voluntas;
Quid quid vita egit, iam moriturus agit.
Vltima mens alijs occultum detegit aurum,
Mens ſua virtutes, quas pretioſa tegit.
Corpus humi recubans, quantum faſtigia ſpernat,
Oſtendit pronus, proximus ipſe neci.
Debile tum que petens cineri ſupereſſe ſepulchrum,
Vltima ſic retulit funeris illa dies,
Inclita tota domus Domini veſtigiat ſervat;
Quæ neque defuncto deſinit eſſe ſua.
A ſe inventa quies oculorum iam imbribus obſit;
Abſit hyems, & ver floribus exta levet.
Sublimis Generi creſcat clariſsima proles,
Et mare ab occiduis naviget alta palus.
Prolixo meritò vivat; plaudentibus, ævo
Muſis, & fælix fauſta redire colat.
Intereà taphica ſolabor voce lapilli,
Eius ſi intuitu fletus abeſſe valet.
Veſpaſianus humi iacet hic Gonçaga ſepultus;
Marmoreo & tumulo, marmoris inſtar adeſt.
Clara ſibi Guaſtala dedit cunabula: Portus
Virginis in requiem dat mouumenta, piæ.

ELE-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ELEGIA XIII.

Adventum Marchionis de la Laguna celebrat. & D. Comitiſſæ de Paredes.

EXultet lethis quondàm memorabilis ora;
Mutua reddatur par & utrimquè ſalus.
Redditus eſt nobis (hilaris lætare Thalia)
Ille, tibi cuius iam mora triſtis erat.
Naiades adventum veſtris celebrate choræis,
Et caput, & veſtros flore replete ſinus.
Pacatis què vias oſtendat fluctibus unda;
Accedit noſter naufragus ecce comes.
Vertite purpureas veſtras vaccinia veſtes,
Abſit & à vobis luridus ille color.
Auſter in Occeano ſufflavit carbaſa dexter,
Navita què, expulſo turbine, rupit aquas.
Claſsis ab occiduis venit fælicitèr oris,
Templum & Iunonis quod cupiebat habet.
Alta palus, hederæ què inſtar parietibus hærens,
Fronte ſerenà iam littora, prole terit.
Rurſus & ad Lethes iucundus pervenit oras,
Amnis vbi fluidis lætus abundat aquis.
O quotiès tardas damnavi temporis horas,
Exhauſit què genas, rore cadente, mora!
Tota Deo dedit vrbs, cuius properavit ad aras,
Adventus grates, pignoris atquè, tui.

Limi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Limina calcaſti noctu, ſed clara nitore
Inſolito fecit Luna redire diem.
Exultant pueri, iuvenes, & tarda ſenectus,
Vnus quiſque tuos prenſat adire pedes.
Contraxit citiùs ſolito Sol invidus umbras,
Aurata & Phaeton crine ſubegit equos.
Quocumquè aſpiciat, plauſus, & vota ſuperſunt;
Hæc & vt ipſe lites. Sol patefecit iter.
Marchio, marcet amor, ſi tu fortaſsè recedas;
Nè à nobis abeas; eſto ubicumquè comes.
Iam nobis patrius ſis; non eris advena; curas
Quò puer egiſti turbine ſæpè leves.
Greſſus ſiſte tuos iterumquè iteterumquè perenni
Voce petam; ſicut nolle manere queror.
Detineor ſtudio, nec humi laudabile quidquam.
Dicere conabor; ſi tibi nota ſitis.
Rura mihi fæcunda, modò ſint grata. precabor;
Quas vehit hæc frondes terra, tuentur apes.
Arbor ubiquè viget, vallato & flumine cymbis;
Nec deſunt fructus circumeuntis aquæ.
Ales ibi laqueo, hic piſcis deducitur hamo,
Conterat vt tempus vita peroſa ſui.
Aura gaudebis molli, ſi fluminis oram
Tranſierit currus veſpere vectus equis
Hic mare proſpiciens, undas audire iuvabit;
Nil que tibi occultum mollis arena dabit.
Hic ope ſæpè tua propriùs Gadira fruetur;
Tutiùs & tumidas navita curret aquas.

Regia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Regia tùm claſsis, iàm ſemiſepulta, reſurget,
Quæ poſsit noſtros & relevare metus.
Nupèr (vt eſt notum) ſævo iacuére ſub hoſte
Arma, quibus poſſet Maurus habere nihil.
Fortitèr obſeſſum nupèr trans æquora noſtra
Præſidium ceſsit, circitèr ora freti.
Dicere quæ nollem, narrant mea carmina fata;
Nec facilè eventus ſaucia corda ſilent.
Sub duce iàm tanto, telis confixus abibit
Hoſtis, & admiſſo milite, ſoſpes ero.
Incipe muneribus commiſsis addere facta,
Quæ claræ dicant indolis eſſe tuæ.
Sic cum prole ſimul vivas plus Neſtoris annis;
Perpetuò & videas coniugis ora tuæ.

ELEGIA XIV.

Vetula cum fele.

INſilit in murem felis per tecta camini;
Et ſi abſconſa laris quælibet antra means.
Is ſalijt, ſed nulla locum ſervare creagra
Scivit; & incæpit læta choræa truis.
Sed medios inter lances fortaſsè parata
Detinet hinc greſſus eſca voranda ſuos.
Lancibus effractis, amiſſo & mure, receſsit;
Deſerta què colo tot mala flebat anus.
Hei mihi, quanta fero permiſsis unguibus, in quit;
Vnguibus ipſa ſuas dilaniata genas.

In

(c) 2007 Ministerio de Cultura

In felem què reverſa, trementi prodidit ore:
Quid tibi ſtulte egit teſta parata, mali?
Carnificis manibus nudatus pelle traharis,
Atquè tuas carnes uncus aduncus aret.
Diviſim què tuos mollis ferat aura capillos,
Et tua ſint varijs viſcera quaſſa locis.
Intereas pravà ſuſpenſus morte, nefande;
Inſcindat vè tuum tegula iacta caput.
Pax tua ſit mecum, qualis ſolet eſſe luporum
Cum vitulis; illis ſint tua membra cibus.
Sæpè lares inopes, nulli miſerabilis, erres;
Lætentur què tuis fæmina, vir què malis.
Deindè tuos fugiant ungues, & guttura mures,
Et nihil invenias, quod tibi præda iuvet.
Sic, inimice, tuæ notæ nutricis amorem
Perſolvis? mihi ſic, quæ tua cura fui?
Parva mihi rodentem, te remanente voraci,
Perſequeris? ſed ego damna utriſque luo.
Audierat mus occulto has pudibundus in antro,
Quas tremulo voces ore ferebat anus.
Crimina tanta notat; ſed ait: ratione querelas
Mittis amica tuas, tot nec inulta feras.
Sacculus indè ſua condat de pelle monetas;
Vtilis & tanti criminis author, erit.
Debita damna luis, quia muri, antiqua propago,
Muſcipulas offers, caſtret vt arte catus.
Aut odio careas muris, qui magna fidelis
Servat, & ex parvis turba referta ſumus.

Iudi,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Iudice conſulto litem me ſoſpite ſoluet,
Maiora vt vites damna, minora feres.
Oblitis alor ipſe cibis plerumquè vetuſtis,
Omnia verò ſunt apta rapina cato.
Panniculos tantùm rodo, vt benè cauta reponas;
Vtilis ergò tibi cauſa timoris ero.
Per quem tòt mala, quòt Dominæ ſum paſſus ab ira,
Ipſe à te ſolùm iàm cinefactus eat.
Omnibus indignata temèn carioſa ſenectus,
Inſidias iurat ponere utrique ſuas.
Quid vetus illa nimis plorat concordia rerum?
Quid, niſi conſracta lege ſubire dolum?
Nequitiam prædis ſimulat maioribus ille,
Qui quamvis cultus, ſæpè terendus erat.
Iſquè palàm raptor permiſsis unguibus urget
Pauperiem; putat & cuncta licere ſibi.
Diuitijs quoties orbis peculator abundat,
Corripitur quandò ſævitèr orbe tagax?
Luget in adverſo pauidus furunculus antro,
Et maiora metu crimina ſæpè facit.
Parva licèt rapiat, cunctis ſunt digna notatu,
Ingenti què luit vulnere parva nimis.
Luſtrat auis laqueos ſeù grandis, ſivè puſilla,
Concutit illa ſagax rete, ſed iſta cadit.
Indignata tamen conſtans, & ſancta voluntas,
Vt ſcelus eſt, inquit, ſolvet uterque ſuum.

ELE-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ELEGIA XV.

Iactura Præsidij de Alarache; aliàs Sancti Antonij Vltramare.

MVsa lyram rege, iacturam plorabimus ambo,
Quæ fuit illius fabula nota sui.
Illius, inquam, arcis, Libycas quæ possidet oras,
Ad Gaditani circitèr ora freti.
Non procul à terris, fluidus quas Vandalus undis
Irrigat, & medius pontus utramque videt.
Divus & hanc Antonius illustrauerat Arcem
Nomine; protector, qui Patauinus humi.
Præsidium fuerat miseris extorribus olim,
Acrius vt luerent crimina facta diù.
Ensibus vt què suis servaret Iberia nomen,
Externis hostem perdomitura locis.
Munitam què diù, compressis hostibus ipsam
Vidimus à nostris, quam coluere, viris.
Quondam debellata fuit sub Rege Philippo,
Tantum qui numeris ipse secundus erat.
Et quamvis non parva foret tunc Sarcina Regno;
Vt tendatur, eam roborat, alma fides.
Bellipotens paritèr mentem servabat avorum
Dexter qui semper Carolus arma vibrat.
Excidium miseris tantum ni fata tulissent,
Forsitàn hæc sceleri debita pæna suo.

Hu-

© 2007 Ministerio de Cultura

Huius iacturam, deſtructis mænibus, Arcis;
Eſt elegi noſtræ garrula Muſa ſcopus.
Sed meminiſſe pudet quantam perpeſſa ruinam,
Viſcera nàm memoris percutit ima dolor.
Sanguinis ó quanti, præſertim fœdere iuncti,
Hoſtis ab hinc capti; ſeu periere, manu!
Vix atras ſextili menſe fugauerat umbras
Virginis illa dies, qua petit alma polum.
Vix aurora ſuos, expulſa nocte, capillos
Pexuerat; nec adhuc Sol agitabat equos.
Vix, inquam, cum tota metu conterrita ſurgit,
Somnifero pulſo, turba minata thoro.
Caſtra inimica notant, quorum mirantur & agmen;
Mauro arcem ſubitò circumeunte minis.
Protinus Arx ab eo circumvallata pateſcit,
Amnis qua primum littora Luca tenet.
Huc, illuc hoſtis ripas abſquè ordine currit,
Nec capiebat tot mollis arena pedes.
Callidus ingreſſum, cernit quà tænia pontum,
Oppugnaturus præpedit ipſe priùs.
Machina multa ſedens vallaribus undiquè onagris
Siuè maris partem, ſiuè minatur humi.
Heù brebitèr dominantur item vallaria muros;
Nàm gliſcunt curà tempore facta brebi
Hinc & ſulphureo globuli de pulvere iacti
Excidij vates, Arcis & omen erant.
A nobis ſphæras vi eiuſdem pulveris ictas,
Non ſinè iactura caſtra inimica vident.

Nec

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec tormenta silent, strepitus nec cessat utrinque,
Nec castris luctus sæpè fremore sonans.
Fit caua continuò murorum fossa feretrum
Militis audacis, stragis acervus erat.
Arx constricta nimis nouit de fonte superno
Verbera, & ætheream luget in esse manum.
A Duce suppetias Præsul tunc flagitat Arcis;
Dux quas confestim sedulitate parat.
Nec tutela urbis consistit mænibus altis,
Quippè tuentur eam fortitèr arma virùm.
Conveniunt multi, & læti dant pectora bello,
Non animus verò his omnibus unus erat.
O quoties animi enerves cessere labori,
Hi qui alios, nequè se vincere sæpè valent.
Fama viros proceres perducit in arma libentèr;
Hæc sed plebeius sæpè coactus adit.
Lintres armamenta ferunt diuersa per æquor,
Classis & armato milite fecit iter.
Est tamen vt properent statio malè fida carinis;
Eminus idcircò bella calore tovent.
A naui gentem descendere cura strategi,
Siuè penum, iussit; miles & ire parat.
Parvis cuncta statim duci armamenta phasellis,
Queis què saburratas vexerat ipse rates.
Noctis concubium servabat cymba biremis,
Vt magis obrepens tuta mearet aquas.
Quæruntur minimæ molis, nè rumor aquarum
Suscitet à somno castra, per amnis iter.

Esset

© 2007 Ministerio de Cultura

Eſſet vt obiectum parvum quoquè cymba puſilla;
Ad globulos magnis tutior ipſa ſcopus.
Excuſſo què metu mortis plerumquè minacis
Verberat undoſum linter adorſa mare.
Grando velut pluit æthereo de turbine miſſius;
Sic à tormentis parvula ſphæra pluit.
Frigidus oſſa premit timor, àt iuvat eſſe neceſſium;
Inceptum nec opus deſerit ulla mora.
Multotiès cymba à globulis lacerata ſub undis
Præda fuit piſcis, fama ſed hoſtis erat.
O quotiès & ibi lintres monumenta virorum
Sunt! tantæ hanc Arcem condere molis erat.
Quà amnis parte fluit, tellus & fronde vireſcit
Mænibus Arcis erant undiquè tela minæ.
Quæque dolo fabricat belli moderatòr Vliſſes,
Egit; nèc miror Troica caſtra velit.
Foſſores hoſtes ſub nocte, die què laborant,
Quorum facta cedris occulit umbra caput.
Et quamvis non raro raptus ab igne periret;
Cura dolos noſtri præpedit ulla ſuos?
Effoſor tunc ſub tellure cuniculus intrans,
(Mænibus excidium) proxima fata tulit.
Igne què ſuppoſito ſubitò tremefacta labauit
Ingens pars muri fortis, & alta nimis.
Elatis què ſimul cuſtodibus, antra per auras
Ima volant, ſecum miles & ales erat.
Mænia Maurus adit diſtrictis enſibus alta,
Vnde patens aditus cuique foramen adeſt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ense tèr agressi sunt muros, tèr que repulsi,
Et totidem cessit pectus utrimquè nèci.
Hic feretrum flores, hic rura madentia tabo,
Hic & farta modo mortis amara manus.
Plures tartareis sectos tùnc unguibus artus,
Arx dedit; hostis nec damna minora tulit.
Fit muri quàm primum tunc reparabile damnum,
Obturat què viam mollis arena cadis.
Luna tèr obsessos lustraverat, omnia currens
Signa; duci non hæc Gloria parva suo,
Iàm properabat hyems, tempestatum què potestas,
Cum sævus nautas Auster ad arma vocat.
Vela rates dant ponto, Arcem que iuvamine privant,
Proris scindentes æquora summa suis.
Concitat Auster aquas, apparent nubila Cœli,
Nec tumida auxilium sustinet unda vehi.
Ignis, & unda maris, ventus, tellus què tumescunt.
Tot sunt Arci hostes quotque elementa vides.
Plura oppugnarent ipsam, si plura fuissent,
Sit fortuna tamen non fore plura modò.
Nobile vbi pectus? factum languescit herile,
Debilibus quando vulnera magna damus.
Numen adesse super testantur cuncta flagellis
Iratum; quod & Arx sanguinolenta videt.
Suppetiarum spes titubat, nèc viribus audet
Plura suis miles fessus adire manu.
Turre minabatur fossa mors undiquè subtus,
Sulphureo obsessis pulvere dante minas.

© 2007 Ministerio de Cultura

Vnanimes clamant pacem, manibus que dicantur
Hoſtis, & iſta nimis vox ferit ora Ducis.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus;
Pars magis illa capi, vult magis iſta mori.
Excidij funeſta dies prælaga futuri
Venerat, & triſtis venerat illa dies.
Illa dies, inquam, qua triſtia cymbala plangunt,
Et pro defunctis eſt homo ubiquè memor.
Arcis tunc quodam turrim aſcendente miniſtro,
Conclamat pacem ſignifer arte ſua.
Impoſuit labarum, verbis acciuit & hoſtes,
Has voces Arcis ſat renuente Duce.
Acciti properant, pacis ſunt fœdera pacti;
Certa quibus non eſt, cœù modo, danda fides.
Vt vitæ cunctis, Arci ſeruentur honores,
Hæc petijt, ferret miles & arma manu.
Cum reliquis, tormenta fori, pacem què ſequeſtram,
Dum què & belligeras ceſſet adire manus.
Tanta meum non eſt dare, nàm ſub Rege voluntas,
Maurus ait, Regi mittite pacta meo.
Ire parat Regi prolatum ex Arce ſalùtem,
Quam brebiter Monachus ductus amore virùm.
Antè pedes luget, miſeris què ſodalibus orat;
Vt ſupplex, credam ſuccubuiſſe genu.
Obtulit ipſe Arcem, ſervato ſoſpite cuncto
Milite; ſed primò pænè repulſus abit.
Acceſsit rurſus lachrymans, iterumquè rogauit,
Arcis quod cunctas eripuiſſet opes.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Regis ab alloquijs iterumquè iterumquè repulſus;
Ipſius tandem triſtis ad ora redit.
Nec feritas animo iàm, qualis & antè, manebat;
(Multotiès dirum cor pietate viget.)
Eſt tibi libertas, centum que ſodalibus, inquit;
Nec tibi plura velim cedere; vade ſtatim.
Heù promiſſa fides citiùs conuerſa retrorſum,
Deficit; & pretio ſubijcit ore datum.
Hoſti etiam ſervanda fides ubicnmque dediſti,
Dicimus: arbitrio nec locus indè manet.
Non erat expectanda tamen, cum nulla ſederet
Immiti Mauro, ſeù ſinè lege viro.
Adduci iuſsit manicis, tractis que catenis,
Et Regni captos in caput ire ſui.
Vos quondam fidei quia defeciſſe notàmus;
Credite, Maurus ait, non ligor ipſe mea.
Vos mihi de noſtris multos donare poteſtis;
Non aurum à vobis flagito, digna peto.
Fœdera nunc vobis veluti cum Rege paciſcor,
Sint homines pretium ſedulitatè mihi
Ex veſtris que caput promito fœdere ductus
Vnum largiri; reddite vos que decem.
Quam bene Regnicolas noviſti perfide mauros;
Chriſtiadum pretium ſed quoque ſcire negas.
Vnum pro multis das, pauci emiſſe putaſti,
Quid quid emis pauci, nil valuiſſe putas.
Plus nobis generoſus ades, nos magna ſequuti,
Sunt què minora nimis quæ tibi dona damus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Largitis que decem decies, vt dixerat antè,
Implentur Mauris fœdera mille datis.
Accedant ergo noſtri, tu carmina Muſa
Deſere, ne nobis diſſona chorda ſonet.
Hoſtibus eveniant rigidis maiora precare,
His & ſuſceptis non leviora mala.
Sit què ſimul bellis quando vexilla dehiſcant,
LVna sVa eXVVIIs VICta, Manente fIDe.

Annum iacturæ numerat (ſi ſcire neceſſum)
Poſtremi verſus littera quanta tibi.

LI.

(ç) 2007 Ministerio de Cultura

LIBER QVARTVS.

IN QVO ALIQVA MEDICINÆ dogmata inseruntur, & sententiæ Aphoristicæ elucidantur.

SECTIO PRIMA.

De corre ctione Symptomatum febres plerumquè comitantium.

1 O Dilecta salus, vitæ pretiosa supellex!
O quantum posessa iuvas; quantumq̃ recessa
Cogis amatam mortales horrescere vitam;
Si nobis adsis, flocci te pendimus, atque
Adsluimus amissam miseri lugere coacti.
Quippè tot ærumnis hominum natura replevit
Vitam; quod prisci dubitant ratione subacti
An natura parens sit, vtrum vè nouerca:
Quælibet innumeris circumvallata periclis,
Atque obsessa malis vitæ perpenditur ætas:
Incipit á lachrymis ideò, quia protinùs infans
Editus in lucem prædicit damna futura:
Mox animus pubem varijs affectibus ipsum
Torquet; morbis siuè replet, seù ducit in iram,

Præ-

© 2007. Ministerio de Cultura

Præcipitem que rapi ſeú cogit fulminis inſtàr.
Defficiet tempus ſi tot numeraveris hoſtes
Quot quot vita tenet; nec ſufficit arcta papyrus.
In caput, arte, triplex ſolers Medicina nocentes
Inglomerat præſertim, quos memorare ſit æquum;
Scilicet affectus, morbos quos ſæpè vocamus,
Naturæ infeſtos, per ſe, primoquè nocentes.
Quilibet à cauſa pendet; quæ ſiuè remota
Læſsit; ſeù lædit genitrix, & proxima morbo
A quibus, effectus veluti mox ſympthoma pendet;
Eius ſed natura ſatis conſtabit ubiqué,
Materiem præſenti & crede dediſſe libello. (tur,
Sympthomata affectus, corpus velut umbra, ſequſi-
Atque vigent morbo; hoc ſeù deficiente, recedunt;
Multotiès verò propriam petiere medelam,
Præſertim noxam ſi effractis viribus augent;
Aut ipſis morbi rātio, cauſæ vè poteſtas
Talitèr inſurgit, penitùs quod cura medentis
Tota trahatur in ipſa; modò poſt terga Magiſter
Negliget haùd morbū, faciat ſed utrumq̄ remitti;
Poſtulat interdùm diuerſam ſympthoma curam,
In qua ſis ſolers, ſi rectè incedere debes;
Vt priùs expellas id quod magis urſerit ægrum.
Huc ergo properant febres comitantia ſæpè
Confeſtim tractanda. Mea ſed ſorte iuvandi,
Adſit, ſicùt cura comes, tùm grata voluntas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

CAPVT PRIMVM.

De actione læsa.

Sympthomata & quàvis varia, & diversa notentur,
Ad tria nunc Medicus constãter membra reducat,
His vt perpensis leuiùs sic singula noscat.
Læsa videlicet actio; vel cum excreta, retenta
Degenerant ab eo, sua quo natura iuvatur:
Quale vè mutatur, nostro quod corpori inhæret.
Actio præcipuè sequitur sed læsa nocentem,
Cui quodcumque malũ causandi est sæpè potestas;
Nostra què sub triplici gaudet per viscera mẽbro,
Principibus què sedens assistit partibus vnà;
Læditur atque modo triplici tum quælibet actu,
Namque *extincta* patet; seu *depravata* notatur;
Debilis aut longo gaudebit tempore ad vsum.
Condecorat caput actio, per quã membra moueri,
Et sentire valent; *animalis* dicta. Secunda
Vitalis vocitatur, cordis & occupat imum.
Tertia tum Jecoris, quæ *naturalis* habetur,
Perficit offitium; sicut dum læsa molestat
Quælibet ex dictis. Sed primò *Animalis* aberrat,
Dum vigil ægrotans; nimio vè sopore, laborat;
Verba vel ostendunt furibunda, phrenitide lædi.
Exploret Medicus causam; cui sedulus obstet,
Atquè nocenti principio: Nam sæpè dolore

Evi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Evigilat: caput infeſtantis ſiuè vaporis
Causà: ſiuè acris ſucci tendentis in ipſum.
His occurre ſagax cerebri vaſtantibus actu
Temperiẽ. Nàm ex hoc calidã conſurgere maſſàm,
Siccari què neceſſum; quam reuocabis adhæſis
Illis, quæ ſolers ad eos Medicina parauit.
3 Concilia perfuſis humectantibus, atquè
Frigidulis ſomnum, dolor & ſedabitur vnà:
Portulaca coquatur, vti lactuca, ſolatrum;
Adde quibus tu citrum, ſomniferum què papauer;
Abraſo què, tepens coctum perfunde, cerebro.
Sic prodeſt olèis paritèr mòx bregma linire,
Imbutum què roſis (paribus ſeu floribus) ægri
Ceruical capiti ſuccumbat. Adeſt & in heruis
Vis dictis eadem, quæ floribus hæret: odores
Floribus ex dictis, humectant; tùm aera mulcent,
Atquè citant ſomnum, apliciti ſi naribus halent.
Balnea totius magnum feciſſe iuvamen,
Decocto hervarum tepido, ſi crura laventur,
Vidimus; ipſo ſi madeant & brachia cocto.
Fricto conciliat (ſi ſit blandiſsima) crurum;
Siuè ligaturæ (parvo ſi tempore durent.)
Pro victu tamen intùs & hæc aſſumpta iuvabunt:
Lactucis coctis addatur amigdala dulcis,
Et ptyſanam fieri coges: quandoque papauer
Somniferum prodeſt; ſuccum ſi ſumpſeris hora
Poſt cænam duplici (non verò viribus ægris)
Nec tranſcendi eius vires Auicena profatur.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

4 E contra, somnum patitur, qui *coma* vocatur,
Humida si evadat, perfuso phlegmate, massa:
Frigidus aùt vapor elatus conscendere tentet
In caput. Haud segnis Medicus tũc excitet ægrum,
Et valida nomen certatim voce frequentet,
Protinùs atque vapor sit, te curante, revulsus,
Fricti o non mollis, presim què ligamina fiant,
Phlegma nocẽs mox quæ valeant, medicamina po-
Devastare, vapores atque repellere crassos, (nes,
Ex oleo què rosarum, abraso bregmate, limpha
Tum roseà, guttas quo aliquot miscebis aceti:
His frontale para, quod supra bregma locabis.
Discutientia nec spernas, vt phlegma resolvas,
Sivè calore humilis mali, pulli vè columbæ.
Vellicat acris posca, oculos què affusa molestat;
Qua quoquè ruta aspersa, resolvit odore: vetustum
Vel cerium exustum; pariter què extincta lucerna
His etenim fumis tetris, natura iuvatur,
Expergiscitur æger, tùm resolutus it humor.
5 In caput elatus vapor (vndè futura *Phrenitis*
Imminet, ægrotos & delirare lacessit)
Temperiem cerebri pervertit fervidus, atquè
Hoc ideò auxilium citius, ne damna sequantur,
Flagitat. His ergo prosiunt medicamina supra
Ad vigiles concessa; modo dum viribus æquis
Ipse revellere fumos, atque repellere tentes,
Auxilijs positis: vel vesicantibus ullis
Vtere; si nequeas aliter vitare pericla;

Et

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et ſi non fuerit febris urgentiſsimus æſtus.
6 *Læditur actio vitalis*, premitur que facultas,
Cum vix reſpirare poteſt ægrotus anhelans;
Aut ſi deficit exanimis, vel ſyncopis urgent (bes.
Damna propinqua: quibus citiùs tu occurrere de-
Quatuor ob cauſas langueſcit anhelitus oris;
Muſculus aut ſiccus, per quem thoraca mouetur,
Conuulſus languet; vel pulmo vaporis adorſu
Suſcipit excidium; ſeu præfocatur ab auris;
Obſtruit aut humor craſſus, replet que canales
Pulmonis ſtrictos, interdùm lentè cadendo.
Debilis aut motrix (veluti moribunda facultas)
Deſidia mouet, & thoracem attollere tardat.
Deniquè ſi pulmo, inſigni feruore coactus,
Anxius inſpiret, potiatur vt aere tracto.
Omnia proficuis curet medicanda Magiſter:
Prompta tamen præſertim nunc repetẽda, teneto.
7 Muſculus emollitur mucilagine lini,
Malvarum miſtà ſucco, pulicaris & heruæ;
His coctis, & contuſis extractus abibit
Succus, lintea quo proſiunt madefacta per horas,
Si tepida apponas ſuper exſiccata, vel vſta
Membra. (Oleũ ſed nunc, febris ratione, negamus:
Ne calor accreſcat, fieri vt pinguedine viſum)
Pulmones ſtringens vapor, arte revulſus, & aura
Præfocans, deſcendat ſæpè vocantibus infra
Auxilijs. Si verò humor deſcendat in ipſos:
A qua parte fluat corporis perpendere oportet:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et si sit sanguis, vel mixtus sanguine succus,
Venam scinde statim, qua parte reuellere possis:
Inferior, tendenti sursum; interna cubanti
Finitimo parti; fluidus si succus adhærens,
Cedat adhuc (interna tamen deducit utrumque,
Corpore si à toto præfocans fluxerit humor.)
Si à capite humor descendat; tunc ipse recumbat,
Ægrotus capite inclinato; & colluat ora
Fontis aqua tepida; ipsam si comitetur acetum:
Ex tragacantho mandi vel dispone tabellas,
Vel quas somniferum quoq̃ præstat ad ora papaver.
Ex prima humores sursum regione levatos,
Expurga vomitu; moto aut clysteribus alvo;
Protinùs aut ipsam leni medicamine solve.
Mitatur sanguis iecore, aut mandante liene;
Materies que revulsa locum retrahatur in ipsum,
Omnibus àt verò succurrit crura fricari,
Siuè cucurbitulis succos traxisse deorsum.
8 Æger, *si ignaua causa virtutis anhelet*
Motricis, si debilitas (vt sæpè) sequatur
Temperiem cerebri calidam, tu corrige solers:
Ad vigiles edocta suprà medicamina prosſunt,
Aplicita & thoraci tum quoquè frigida, quorum
Emplastri formà, seu iam fomenta parentur.
Acre tamen fugias, renuit quod pectus, acetum.
Sic fit *anhelitus ex ingenti sæpè calore*
Pectoris, aut pulmonis; quod medicamine seda:
Externis, sumptis que intus depellitur æstus,

Et

© 2007 Ministerio de Cultura

Et predicta iuvant,addas ſi ſemina nota
Melonum; quorum ſucco vel pocula fiant;
Lintea vel ſuccis, quos porrigit in tubus, atque
Portulaca virens, nec non lactuca, madeſcant;
Pectori & accedant, donec ſiccentur adhæſia.
9 *Deliquium* ſolet interdum contingere febri;
Syncopis vndè metus, vel vitæ ſæpe ruina
Evenit; vna quibus cauſa eſt, diſtant què parũper,
In que magis ſit, ſivè minus, differre videmus.
Hoc ideo curata nobis ſyncope; lapſus
Auxilijs tibi curatus remanebit eiſdem.
Vrget vtrumque nimis, caſu virtutis eunte
Præcipiti: ægroti frontis ſudore vacillant;
Frigida ſunt extrema; eſt pulſus debilis; vndè
Expedit artifici cauſas perpendere cunctas.
Præcipitantur enim, cauſæ ratione febrilis,
Vires, ſi tenuis fuerit, venit undè minuta
Syncops. Humoroſa tamen, ſi cruda moleſtet
Cauſa, à qua timeas & ſuffocare calorem;
De quibus & nos curandis tractabimus infra;
Si prius elapſæ reliquas numeremus ad vnguem
Virtutis cauſas; mox & cuiuſque medelam.
10 Præcipitantur vires, ſi *vigil extitit æger*
Immodice, calor & crevit ſimul organa ſiccans;
Ad vigiles què, ſupra toties repetita iuvabunt.
Antiquam valeas vt compenſare cerebri
Temperiem. *Lapſum verò ratione doloris*,
Sedabis, cauſas ſi tu perpenderis eius.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Mitentem que locum; nàm membra dolentia sæpe
Cõstat habere focum, recipit qui damna sequestri.
Sit caput exemplar, fæcis ratione retentæ,
Si doleat; molli ventrem clystere levabis.
Inferius sed agam reliquas, quas suspicor esse
Causas, cum nobis adsit tractare necessium
Affectus illos, secum quos tactilis affert.
Lætitiæ ratione, solet resolutus abesse
Spiritus, immodicæ; gelidis cohibendus aquosis.
Aspergatur aquà facies, sit frigidus aer,
Huic que exponatur, rigeat que cubile rigatum;
Floribus & scateat quoquè, sivè virentibus hervis.
Corpus aquà gelida frigescat, sivè flabellis.
His adversa *timor* (fuerit si causa laboris)
Flagitat; vt nares pungi, atquè extrema fricari;
Poscà que, aspersis oculis, revocentur eorum
Sensus: ingenti timidus tum voce vocandus.
Virtutis lapsus vini reparatur odore;
Sivè cibo: carnis vel odore, famelicus, assæ:
Potatum que merum virès, ceù iura, reponunt,
Applicita & stomacho cum vino crusta recentis
Panis: corpus enim casu virtutis, ab escis
Nutriri petit absque mora; nec sustinet ullam.
Si verò applicitum constet medicamen odore;
Id maribus dona solùm; quià fæmina damnum
Suscipit ex ipso, causa matricis, odore.
11 Pertinet hic *nimij sudoris fluxus, & alvi;*
Sanguinis aut rubri, febribus qui syncopis ortum,

Seù

© 2007 Ministerio da Cultura

Seu ſociare ſolet,ſeu iam præcedere,robur
Vaſtans: ſolertis Medici quod ſympthoma cura
Indiget;vt neglecta febre, reverſus ad ipſum,
Occurſet;fluidam què cibis, tum potibus, alvum
Comprimat; auxilio licèt aſtringente ſit vſus;
Vt quamvis criticum (ſi aliàs permiſſus) ciſdem
Tunc curare queat;dum lapſis viribus ægri
Contigerit; metus atque tibi iam ſyncopis adſit.
His vt theriacam poſsis adhibere recentem
Multotiès: vti ſiuè incraſſante corallo:
Siuè per infernum cauſam deducere ventrem;
Aſtringente ſimùl ſi ſit medicamine blando.
Per corpus perfuſio facta nòcebit aquarum
Extrà: namquè retrocedente calore per artus,
Augetur fluxus,quia ſucci fortè coacti,
Interiora urunt,acres per viſcera fuſi.
Cætera ſi cupias, fluxus perquire medelam,
Qua fluida auxilijs proprijs curabitur alvus.

12 *Immodicus ſudor* cohibendus ab arte paratis,
(Permiſſo critico,dum conſtet viribus æger.)
Eſt;aſpergeque aqua faciem; madeat que cubile
Floribus, & folijs; prodeſt aperire feneſtras,
Omne que vicinas fiat quod ventilet auras.
Tegmen enim leue ſit,quod ſupra corpus adhæret
Quæ terrà ſamia fiunt tegumenta, roſarum
Permixtà lymphis,ovi que,albumine crudo;
Hæc lentore cutis,ſeu frigiditate,meatus
Incruſtrant, exhalari que, bituminis inſtar,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Spiritus, impediunt. Paritèr per viscera succos
Incrasantia, dona; quæ sumenda per horas.
Est nequè sudor pannis detergendus; àt ipse
Concrescat; concretus constipare meatus,
Solus & ipse valet, mox & cohibere futurum.
13 Sistere si cupias *fluxum, cum sanguinis instet;*
Fac adversa fluori ægroti membra fricari,
Siuè cucurbitulis adversis partibus hæsis. (*n.* 21.
Mox astringenti venas medicamine claude;
Quod plantaginis extracto, leporis que capillis
Combustis, aloes que ipsis tum pulvere mixto,
Emplastrum facies, ovi si albumina misces
Bolo agitata nimis, caphurà, plantaginis atque
Succo mixta, quibus poteris sedare fluorem.
Arcanum veluti medicamen, stercus asselli
Naribus immissum, referunt & sistere fluxum
Sanguinis ex ipsis citò: si permiserit æger
Ars succurrit aquà gelida, subeunte fluore
Sanguinis: hoc verò damno fit sæpè minaci:
Detentus quoniam rumpi vel vasa coegit;
Aut vi maiori ipsum mox erumpere fecit:
Sæpius undè mihi gelidà succurrere cogor
Progrediente fluore; sed incipiente, recuso.
14 Viribus elapsis *causæ ratione febrilis,*
Quando intemperies eius, seu copia torquet,
Horum principio solers succurre nocenti;
Mordet nam calor exta, vel inflammantur aduста.
Frigidus aut humor, seu iam viscosus inhæret;

Vel

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vel putridus; quorum ſyncopis ratione timetur;
Humoroſam condere, vel fabricare minutam,
Rite potens. Calidis occurre humoribus, illis
Præſidijs ſupra dictis; gelidis que iuvato
Intus, & exterius, fieri ſi poſsit, adhæſsis
Decoctis, vel aquis, vt iam facienda notavi. (*n.* 8.
Expedit hoc fieri ne vrantur viſcera ab æſtu;
Ipſis viſceribus licet inflamatio ſiſtat.
Evacuare medela fuit, ſi *ſanguis abundet*,
Sæpè; ſed horrendum fiet, ſi ſyncopis adſit
Indages: ergo expediet conſurgere ad illa,
Quæ valeant ægri immunem ſervare vigorem;
Et ſectam venam ſuplere, vt fercula parca;
Frictio blanda pedum; blandi clyſteris & vſus.
Cauſa tamèn ſeu *multa* poteſt, ſeu *craſſa* meatus
Conſtipare nimis; veluti *viſcoſa* frequenter:
Sit tibi cura tamen cæcos reſerare canales,
Abſque mora: hyſſopi cocti quod porrigit vſus,
Pulegium què, vel illa, quibus ſit & ipſa facultas,
In quibus, atque ſimul decoctis, oximel addas.
Peſtiferas etiam, quas nos vocitare *malignas*
Sueſcimus; has nobis genitas dat putridus humor.
Pharmaca quæ reddant hilares, putredine victa,
Ægros convenient: gemmantes ſivè lapilli,
Sivè hyacintus correctus, pulvis que ſmaragdi,
Bezoar lapis; & lac, quod *phycemata* condunt,
Tum lapides varij, quorum pretioſa caterva
Nobis commendatur, pulveribus que redacta

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ura solet, seu conservam sociare citrorum.
Ex herbis etiam dicendis cocta iuvabunt;
Vt sunt pimpinella virens, oxalis acuta,
Et myrrhis, putridos que arcens *trixago palustris*.
16 *Syncopis* ad pròpriam curam medicina reversa,
(Vrget quippè magis) febris contemnit adorsum
Ex gelidus, crassis que fit *humorosa*, per alvum
Effusis succis, noxam minitantibus oris
Ventriculi, cuius vires iugulare ruina
Extremà poterunt, si suffocetur ab ipsis
Exiguus calor, & virtus onerata satiscat,
Vt viridi multo sub ligno extinguitur ignis.
Venter cruda vomit fluidus, tactum que resistit;
Lividus atque color vultus, plerumquè tumescit,
Debilis, & pulsu raro, dat signa facultas:
Horrendũ est cumulare cibos, quia languida virtus
Deserit incoctos succos: nutrire necesse est:
Solventi e vacuare alvum medicamine, pravum:
Mitia quippè movent, quos non duxisse pigebit
Succos: fortia sed virtus tunc læsa, repugnat;
Nec venam reserare licet sub viribus ægris:
Hinc dubij sensus prorsus vertuntur, & illinc:
Causa quieta licèt maneat sub ventre latenter,
Syncopis indè metus passim nos eminùs urget.
17 Quid tandem facias methodo perpende sagaci.
Sit tenuis victus, virtus nec sustinet ægra
Fercula plura; calor multis extinguitur escis.
Temperies medium teneat selecta cubilis,

(c) 2007 Ministerio da Cultura

Nec nimium calidam tolerabit languida virtus;
Si tamen ad calidum declinet ſcilicet aer,
Aeris infeſtis ſervetur ab imbribus aula.
Sit modicus ſomnus, lædit dormire frequenter:
Vt paritèr ſiccat cerebrum vigilanter adeſſe.
Laudatur vini potus, recreare potentis
Vires: ſaxifragi tum ligni, aloesque ramentis,
Aut cinamomi, communis lympha coquatur.
In rebus medium non naturalibus uſum
Servabis; motum que, fricato corpore, manda.
Intereà leuio: ibus, atque frequentibus alvum
Exterge clyſteribus: & ſcindentibus intùs.
Exhibitis, quam prodeſt, atque iterare medelam;
Obſtructo qne relata ſuprà medicamina ventri.

18 Alvo mundatà, ſeù ſuccis arte minutis;
Fotibus attenua humores extrinſecus eius.
Santonici folijs, polij, menthæ que virentis,
Et calamenthi coctis, & ferventibus igni,
Adde meri quartã partẽ, vſque hæc miſta vaporet.
Mox oleis calidis unge; exteriusque foueto,
Cor paritèr vino miſtis, pullis vè columbæ.
Abſenti que metu (ſi forsàn ſyncopis abſit)
Quarto quoque die leni medicamine purga
Attenuatos humores; febrem qui reverſus
(Sæpè malignam) convenientibus ipſe medere
Auxilijs: nam cura refectis viribus inſtat.
Non verò febrem medearis ſanguine miſſo,
Hic neque convenier, ſuccus quia crudus abundat.

19 Acribus à ſuccis properat curanda *minuta*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Syncops: inſtat enim quotiès iam vellicat humor
Subtilis tunicas ſtomachi; cor ſuſcipit unde
Damnum, illinc ab eo pravis ſubeuntibus auris;
Anxius ægrotus quarum ratione, moleſtus
Ipſe nequit reperire locum, ſed morſibus oris
Ventriculi, hinc, atque illinc plerũquè movetur.
Imminet exitium, niſi tu ſuccurrere tentes
Protinùs, humores que ſtatim clyſteribus abſint;
Siuè cucurbitulis elatos fortè vapores,
Arte revellas, ventriculi tum robur ad ora
Concilies; prodeſt primum tunc frigidus aer;
Subtili que cibo (donant quem iuſcula pulli)
Conſolida vires, mixtus queis ſuccus agreſtæ,
Roborat infuſus; nec non madefactus in ipſo
Panis, aqua roſea, grato que iuvamine dulci.
Pullorum quandoque caro, ovorum que vitella
Proſſunt, frigidus vel lymphæ cõmuniter hauſtus,
Mala granata, cidonia, ſeu aurantia poma
Sumpta, vel horum mixta dabis tu iuſcula ſucco;
Sit vel eorum ſuccus paſtus in ore frequenter.
Intus & imbutus panis quoquè roborat ora
Ventriculi; nec non huius fæliciter ambit
Exterius poſitus. Vel aqua, madefacta roſarum,
Lintea, cum vini guttis; queis ſuccus agreſtæ
Hæret. Maſtichis aut oleum cum pulvere rubro
Coralli. Expedit exterius tum corda linire
Præſidijs: communis Medici quæ porrigit uſus.
[illegible]re paroxiſmo, vinum ſit potus aquoſum;
[illegible]ous atque immiſſum ſæpè iuvabit odore.

Ministerio de Cultura

Affectus animi fugiat, ſomnus que nocebit
Tunc: calor & ſi nequaquam revocetur ad extra,
Pungantur nares, pili vellantur, & æger
Nomine tunc proprio magno clamore vocetur.
Proderit & pannis blandè tum crura fricare;
Frigida continuo reddantur membra flabello,
Vultus & aſpergendus aquà; velut aura cubilis
Oxicrato madeat, nec non frondentibus heruis.
Corporis & proſunt ſupra linimenta relata (*n*.12
Arte cutem ſtipantia, pro ſudore liquatis.
Spiritus ò vtinam numquàm reſolutus abeſſet
Præſidijs dictis. Servatis viribus autem
Duc vomitu choleram, facilis ſi venter habetur,
Auxilio miti; quò fortia ſæpe caveto.
Nec purgare decet, quia pars affecta repugnat;
Nè humores moti potius ducantur ad ipſam.
Et ſi conſtiterint vires; quod flagitat indè
Cauſa febris, facies, vt eam depellere poſsis.

21 *Naturalis, guſtu, ſentitur leſa facultas*

Depravato; aùt ſi ſitiat, vel inappetat æger;
Singultu vè moleſtetur; nam ſympthoma quodque
Ex dictis, paſsim febres ſociare videmus.
Læditur imbutus ſucco tunc guſtus amaro,
Organa ſi bile, aut alio, vehementer inhæſſo
Ex ſuccis ſcateant; iuxta quos lingua ſaporem
Perſentit varium. Ægrotus vel inappetit eſcas,
Si vapor, aùt humor putreſcens ora fatiget
Vētris: vtrumque citò damnum ſedare nec[illegible]

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Postulat expelli succus vitiosus, & exter,
A patiente loco; proprio medicamine sumpto,
Ventrem quod possit, simul & mundare palatum.
Duc vomitu supero stabulantem ventris in ore
Succum: per secessum, si inferiora penetret.
Principio blandis, plus detergentibus ultrò:
Vt cocto thamarindi, diluto que Rhabarbri:
Mox & hiera picra, decocto fortè soluta
Absinthij, cicerumque (febris si parva molestet)
Pestifer, antidotis, melius pugnabitur humor,
Ex acido citri, de quo conserva paretur
Bolo armeniaco, buccellas condere sucui,
Quas laudata nimis sociat *trixago palustris*.
Pocula sumat, quæ dicto moderentur acore;
Oxicrato & madidos tentet reserare meatus
Oris, vt optatus veniat, fugiente molesto,
Gustus. Sed revocare famem, gustumque, refertur
Vinum absinthite potum; cuius sperne saporem.
Iura, limonum succo, vel miscentur, agrestæ;
Capparibus pastis, pastis que vtatur olivis:
Deterior quandoque cibus præfertur in escis;
Si fuerit modo gratior, utilioribus, ægro.
Membra exercitio modico ducantur ad auras.
Proderit, & tandem iuris clysteribus uti;
Corporis vt suplere queas nutrimina dictis.
Fercula si prorsus nequeat tolerare per ora.
22 Infestare *sitim* quondam cecinere parentes,
Plus que fame; si venter bile calescit amara;

Vel

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vel ſi ingens intùs tuerit pulmonibus æſtus;
Si eſt nimius potus, fortè inſanabilis ortus
Eſt morbus: veniunt magni vel ſæpè labores;
(Interitum quærit ſæpè ex errore laborans)
His occurre cito, eſt pigritas quia cauſa malorum.
Ducendo ſuccos vomitu cavitate natantes:
Ducit acetoſus, raphani cui cocta miniſtrant:
Aut ſi inferna petunt, leni medicamine ſolve.
Iſta, rhabarbarum agit ſublime, ſero que caprino
Infuſum, miſtoque ſimul ſolvente roſarum.
Frigidus ardentem pulmonem temperat aer
Naribus inſpiratus, ſi æger clauſerit ora,
(Quippè tacere, ſitim ſedat) mulcenda que lingua
Decoctis tepidis; vel aqua, quam guttula aceti
Adiuvet; aut ipſam criſtalli fruſtula fallant;
Siuè granati acinos mandat dulçore ſagatos;
Seminis aut pſyllij cum mucilagine mulce;
Eius enim lentor prodeſt quia faucibus hæret.
Frigidulis oleis violarum, ſiuè roſarum
Exterius tepidis; ægroti guttura inunge:
Iſta etiam proſſunt in magno pectoris æſtu;
Hoc que urgente nimis nec non fomenta parabis
Ex folijs lactucæ decoctis, violarum,
Nimphææ, tepidis; paritèr borragine mixtis,
Æquis atque linimentis per terga vagator;
Siuè abacis figlinis ſicca refrigeret ora,
Ægris ne totum penitùs ſolamen aberret;
Pocula quippè dari, prudens medicina repugnat;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Insignis febris nisi declinaverit æstus.
23 *Singultus* properat nocuus (seu sympthoma tetrũ)
Quo febribus pravis pauci servantur adorso,
Factus ventriculi ex humore replente canales
Acri: vel si hos reddiderit deffectus inanes;
Siuè va por tunicas, succus vè, momorderit eius;
Pellere quos motu tentat natura, minaces
Exitij: petit à te, sicut ab arte iuvari.
Vndè prius succos si tu deterseris intùs
(Proxima cum fuerint acres ibi causa laboris)
Auxilijs, quos ars passim commendat aceti;
Mox & eos poteris vomitu depellere tutus;
Aut iuxta horum naturam, solvente per alvum:
Si fuerit sinè febre, mero solvatur hiera;
Vel solvatur aqua, existente calore febrili;
Quodque iterare vales, si videris esse necessum:
Sanguine vel misso, socict si plethora causam.
Pestifer; antidotis melius pugnabitur humor.
24 *A flatu singultam*, discutientibus auras,
Cura; ferventis vel aquæ borraginis usu;
Siuè cucurbitulis extrorsum accerse vapores;
Ocyùs his positis veluti miracula vidi.
Obtundit succos oleum, quod amigdala dulcis
Exhibet, & pariter ferventia iuscula pulli.
Hæc etiam mulcent, quandò deffectus inanem
Ventriculum reddit; vacuans vbi cura nocebit;
Temperiem potius siccam humectare studebis;
Sedandæ que siti nunc nec reuocare nefandum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eſt edocta ſuprà: regio foueatur & extrâ (*n.22.*
Maſtichis emplaſtro, retrò, ſiuè antè locato,
Potibus ex gelidis nimijs, ſingultus oriri
Aſſolet; auferri que meri communiter hauſtu.
Interdum que ſolet ſingultus motus abeſſe,
(ſicut ſternutatio, tuſsis & inde nroleſta)
Si taceas, tua vel coneris comprimere ora.

CAPVT SECVNDVM.

Symptomata in excretis. Febres comitantia tractantur.

25 Sympthoma iu excretis ſequitur, ſervetur vt ordo
Cæptus: vbi pateant mutata excreta viarum
Præcipuè modò quæ febres comitantur agemus.
Parva è naribus interdùm fit *ſtilla cruoris*,
Incipiente febre; exitium ſed ſæpè minatur
Naturæ; quia debilis, & ſine tempore fundit;
Sanguinis aut ſtimulum ſignat, quo vellicat ipſam;
Atquè foras mitti cupiens, accinta laceſsit.
Parvus enim fluxus nunquam decernit avarus.
Iuditij ſed ſæpè mali, aut læthalis habetur:
Præcedit que comes febrem plerumquè malignã.
Sed ſi profficiat, nequè eum proſternere vires,
Reſpicias; lymphæ tepidæ, dulcedine mixtæ,
Naribus atractæ, fluxum fortaſsè iuvabis.
Aut harum pinnas pennis ſtimulator acutis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Si verò noceat, nulla Medici tunc indiget arte,
Sed ſinere expediet; ſit tunc natura magiſter.
Immodicum verò fluxum cohibere, timores
Aduehit; impurum quoniam retinere cruorem,
Naturæ iactura, ſæpè periculà patrat.
Dum verò vires conſtent, conferre que fluxum
Prædictum videas, ipſum permittere debes.
(Vt paricèr facies, cum fluxus & vtilis adſit;
Vel criticus fuerit, ſervari & poſtulat iſte,
Dum nobis vires conſtet conſtanter haberi.)
Atquè cibis ſolum vires ſervare neceſſe eſt.
Immodicum verò fluxum, fortaſsè nocentem
Viribus, impedies; quod pulli iuſcula complent,
Frictio mitis, poſtremis que ligamina membris,
Siuè cucurbitulæ proſſunt: appone ſiniſtras,
Si lævâ de nare fluat; ſuccurre que dextris,
Ex dextra fluidum; ſubmerſis teſtibus ægri,
(Vberibus vel aquà patitur ſi fœmina fluxum)
Proderit: his etenim flectit natura retrorſum,
Incæptos greſſus, & torquet ſanguis habenas;
Si nequè permittas grumos abſtergere naſi;
Præſidijs nequiè magnis aſtringentibus uti.
Dum calor attenuat latitantes viſcere ſuccos,
Ægrum contingit *nimio ſudore* liquari:
Quippè cutim conſcendit; rarefacit que meatus,
Elatus vapor, & gelidis concreſcit ab auris,
Tunc que madet corpus, mutat quia frigidus aer
Eius naturam, manet & ſudoris aquoſi.

Hic

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hic ſi ſit nimius, morbi per *ſymptoma* factus,
Expediet cohibere ſtatim, nè ſyncopis horror
Eveniat, nimiùm deiectis viribus ægri;
(Permiſſo *critico*, dum non deiecerit ipſas)
Sed quibus auxilijs, numeris perquire ſupernis.
Frigida continuo reddantur membrr flabello;
Intus agreſtæ ſucco, pulveribus que coralli,
Iuſcula ſumat; vel decocta voranda per horas,
Lactucæ; raſurà eboris comitante nivalis.
Sudorem manibus preſsim detergere, damnum
Conciliat, manus ipſa citat, quod blanda coercet.
28 Humor, ſiuè vapor, tunicas dum vellicat oris
Ventriculi, *vomitum* (ſucco ſuprema petente)
Multotiés febribus graviter peperiſſe videmus.
Nauſea ſiuè oritur; cum ſuccus viſcidus hæret
Ipſius in fundo, vomitum qui reddit inanem.
Cauſa, ex excretis quæ ſit coniuncta, patebit;
Ex que ſuis ſignis, partis mittentis, habebis
Indicium; parvo nec dici cuncta libello
Poſſunt. Permiſſo critico, ſuccurre nocenti,
Et clyſteribus elatos averte vapores:
Siuè cucurbitulis ipſos depellere cura.
Proſit acetoſæ bolus (hac, conſerva paratur,
Pulvere coralij, granati corticis, atque
Vt comes accedat mitis trixago paluſtris)
Manſus enim reprimit ventrē, frænat que vapores:
Infixis que valet pravis occurrere ſuccis.
Nauſea, vel vomitus, craſsis ſi contingat obortus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ex humoribus hos, etiàm medicamine hieræ,
Educes; prius & solers inscindere cura.
Educit tenues aloes iam lota tenaces;
Si sit parva febris: vomitu, cauitate natantes
Ducantur, veluti fluxus, cum fluxibus alvi;
(Mundatur sic, vt constat, radicitus alvus)
Atque trahentibus, humores plerumque vocabis
Versus mittentem partem; exterius que tuere
Ora eius; confert imbutus panis aceto;
Iure vel infusum sub potu corda lacessit.

29 *Alvus* sæpè cibi nimij ratione vorati,
Ima fluit; fuerit quandò corruptus in extis;
Hoc sed concocto, nulloquè iuvamine, cessat.
Humoris ratione alvus si fluxerit: vtrùm
Sit criticus fluxus, vel sit (perpende) nocivus?
An sanguis sit? Vtrum fuerit vel putridus humor,
Ex reliquis? Cessat plerumquè cruoris ab alvo
Effluxu, morbus; sanguis si teter abùndet:
Qui què sinendus erit, nisi purus fluxerit vnà
Sanguis; tunc equidem citius succurrere debes,
Opposita que manu licet astringentibus vti;
Vt portulacæ, plantaginis, atquè granati
Succis; intùs, & exterius, dum fiat eisdem,
Inijciendus clyster; vel cum lacte caprino,
Quo frustum chalibis petmissum deserat ignem.
Ex tenui sed bile fluor per sympthoma factus;
Vel criticus; dum sit modicus, permissus habetur,
Nec cohibere velis; operis natura magister

Hu

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Huius enim ſit; nec bilem retinere furentem
Expediet; prorſus tamen inteſtina tueri
Protinùs, ex inteſtinorum iure parato,
Cui ſit adeps hircinus, ſed ſale ſæpè carenti;
Quo tepido clyſter fiat; ne bilis amaræ,
Tranſitus, horrendum pariat per viſcera vulnus.
Phlegmate diſpoſito, fuerit ſi cauſa fluoris;
Exhibitis ecleg matibus ſcindentibus artis,
(Diximus vt ſuprà) ſuccus purgabitur indè
Agarico torrefacto, pilulis vel hieræ:
Præſertim febris ſi non increverit æſtus.
Vt vomitum, vomitu; fluxum cum fluxibus alvi
Curari, doctiſsimus ille Avicenna ferebat.
Vt nimius fluxus, ſic *fex detenta* moleſtat;
Augetur que febris, furſum ſubeunte vapore
Ex ipſis; ideò mollis ſervabitur alvus,
Fæcibus ablatis, cunctis fortaſsè diebus.
Iniectis imam munda clyſteribus alvum;
Si tamen hos renuat, iubeo tunc iuribus uti:
De cocto maluæ, violæ, queis beta miniſtrat,
Profficiat vel manna ſero permixta caprino;
Quarta quaque die vel caſsia fiſtula proſsit.
Ardor & vrina, ſi detineatur in imis
Viſceribus, fieri contingit ſæpè moleſtus.
Præſertim quandò veſicam pungit amara
Bilis; vel quandò veſicæ comprimit ora
Inteſtinum. Vel ſi vèſicantibus uti
Auxilijs cogamur; nam pugnare refertur

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cantharides veſicam, ſub virtute ſedente
Ipſis arcana. Solers aperire labora
Arte vias, gelidis: melonum ſemina proſſunt.
Sivè cucurbitulæ, vel ſola, aut pulte parata;
Iura, quibus radix malvæ ſit cocta, iuvabunt;
Lintea què exterius, coctis madefacta ſupernis
Lactucæ, perinœum, vèl circumdare pecten,
Proficient; his veſicæ placabitur æſtus;
Siuè alijs: numero que carent diſcenda libellis.

CAPVT TERTIVM.

Qualitas mutata elucidatur in febribus.

Corporis ad noſtri *mutatum quale* medentes
Febribus inventum, tandem properemus, vt ordo
Poſtulat: ingratum nobis, nobis que moleſtum
Symptoma multoties, oculis quod conſtat apertè.
Lingua prius febribus patet *aſperitate* laborans,
Nigra que fit ſimul, à pravo ſubeunte vapore
Eximis extis; ſiuè à fuligine aduſta,
Vnà mollitiem linguæ, & mutante colorem.
Auxilijs varijs venit hæc medicanda nigredo:
Lotio fiat aqua hordeoli, qua guttula aceti
Mixta ſit, & linguam pannis abſtergito ſcabris:
Scabritiem paritèr demes, ſi merſeris ora
Mucilaginibus, donant quas ſemina malvæ,
Siuè cidonij; ſeù pſyllij, quæ frigida in ore

De-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Detineat. Mulcet que oleũ, quod amigdala dulcis
Porrigit, atque ſitim ſuprà ſedantia dicta. (*n.* 22.
Si ſordes linguæ fuerint, hærent què profundè;
Permixto, dictis, tergenti melle lavato.

32 Ægri *teter odor, quandò de naribus halat:*
Ex humore putri, fædo aſcendente vapore,
A ventris cavitate; humore ſedente vel oſſe
Cribroſſo, in fundo cerebri. Sedabitur iſte,
Aut caput abſtergentibus, aut ſolventibus alvum;
Mox & odoriferis naſus mulcebitur intùs
Fructibus aplicitis, ſeù iam frondentibus horti
Floribus; hos æquat cinamomũ ex tractibus Indi.
Pertinet huc etiam ſi *ſternutare frequenter*
Ægrum contingat, nares mordentibus auris;
Acribus aut ſuccis, & quamvis irritus exit
Interdùm motus, non deſinit eſſe moleſtus.
Expedit hic nares blandè, frontem que fricare,
Quod manibus fiat: tum oleo, quod donat anethũ,
Vel laurus (motus dictos quia comprimit) vti,
Auribus infuſo: madidum què frequenter aceto
Olfaciat pannum. Quando tamen *irrita ledit*
Sternutandi naribus hinc conceſſa facultas;
Ipſas immiſſo piperis tunc pulvere ſcalpe;
Seù pennis blandè nares pungentibus intùs. tat)

33 Hic *rigor* (ad tactus ſensũ quod ſympthoma ſpec-
Et *dolor*, accedunt: tractandus vterque ſeorſim.
Nam vexare ſolet febribus coniunctus uterque,
Quid ſit, & vndè *rigor* fiat, didiciſtis abundè.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ipse tribus plerumquè modis contingere fuescit,
Scilicet aut criticus: post magnum sivè madorem
Sudoris: siuè invasæ febris antè calorem.
Ex ipsis, criticum febrem sedare, notamus;
Et cessare statim, per se natura operante:
Vt referunt prisci Diuini oracula Patris;
Si ullum præcipuè moveat natura fluorem.
Si verò nimis ægrotum quandoque molestet;
Frictio sola manus tollendo sufficit ipsi.
Incæpto sudore, superveniente rigore;
Desinat vsque mador, poterit cessare medela;
Sed si fortè rigor remanet, sudore soluto;
Tunc calidis poteris pannis aperire meatus,
Vt rursus per te, sudor moveatur, & humor
Interius remanens poris vanescat apertis.
Si rigor antè paroxismum vexauerit ægros,
Assolet hic (fuerit si parvus) spontè remitti.
Indiget ipse tamèn manibus revocantibus æstum,
Cum fuerit magnus, curari & postulat urgens:
Exhibeatur aquæ calidæ febrientibus haustum;
Siuè meri potum dona, dum tempore fiat,
Scilicet ante febrem, quatuor quasi forsitan horis:
Hoc Auicena nimis laudat, quia dissipat auras.
Exterius fomenta para, dorsum que linito
Ex oleis calidis, vt Nardi, pulvere mixto
Vel coriandri, vel piperis, febris antè duabus
Horis, ingressum; vesicà siuè referta
Prædictis oleis, lumborum membra foueto:

Tum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tum pannis calidis prodeſt & crura fricare,
Et tegumentis (plus ſolitis) reuocare calorem.
34 Sunt tandem *febribus varij plerumquè dolores*,
Ad diverſa nimis quæ fiunt membra moleſti,
Aut caput infeſtant; vel dorſum; ſiuè lacertos;
Vel ſi ventriculum totum fortaſsè moleſtet.
(Nec modò nos agimus ſua ſi infeſtauerit ora;
Quippè ſuo proprio tractatur ſæpè libello)
De reliquis verò nobis ſit cura ſeorſim.
Cum dolor infeſtat caput aſcendente vapore;
Pluribus à cauſis damnum tibi conſtet oriri
Poſſe: vel ex alvi detentis fæcibus imæ.
Sed dolor hic ceſſat molli clyſtere liquante
Detentas fæces, quas evacuare iuvabit.
Partibus eximis ſed quandò aſcenderit aura,
Hæc aut eſt acris, mordebit que vlceris inſtàr.
Ex craſsis verò propria ſub mole moleſtis,
Fit dolor undè grauis; veluti tenſivus ab aura,
Seù flatu tunicas matres tendente cerebri:
Ex iſto verò quoſcumque repellere cura;
Siuè ligaturis, alijſque vocantibus infrà;
Mordaces ſed flatus fæpè revelle deorſum.
Infernas aperi venas, ſi ſanguis abundet;
Externas vel ani præſertim ſugat hirudo;
Nam prodeſt equidem deductus ſanguis ab ipſis,
Quælibet ægrotis quandò ceſſauerit antè
Euacuatio naturæ conſueta: vel ipſis
Altera defficiat, quæ naturalis habetur.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Naribus affixas etiam ſuxiſſe notamus
Humores circà tunicas: citiùs que vapores
Circà ipſas ducent, cerebro fortaſsè cubantes.
Mox caput exteriùs iam iam fomenta iuvabunt
Frigida (quam retuli ſuprà ſervate medelam)
Pro tenui calido ſucco cauſante phrenitim,
(Nè repetam) prodeſt caput humectantibus uti.
Lac fuge, ſi gelidus vapor eſt; vel ſomnus abũdet.
E contrà in cerebrum craſsis ſubeuntibus auris;
Decoctis poteris tunc diſcutientibus uti;
Aut humilis mali, aut etiam frondetis anethi.
Eſt *interperies, lumborum cauſa doloris,*
Sæpè calore nocens; humore exorta frequenter
A putrido ſubtus venam repente perimam,
Quæ cava dicitur; & lumbos intemperat æſtu,
Atquè dolore moleſto, æ gros lumbagine torquẽs.
Mollibus & poſtquíam mundes clyſteribus alvum,
Frigidulis extrà tacias & abeſſe dolorem
Sæpè, vel vnguento Galeni, lacte parato;
Seù vitis foliis, quæ tu ſubſternere dorſo
Hinc iubeas; lymphis, & aceto deinde roſarum
Linꝛea, permixto ſucco plantaginis ipſis:
Vda vel in dorſo proſſunt cum lacte cydurca;
Dum fugias oleum, nimium nè accreſcat & æſtus)
Frigida ſiuè para paritèr mox ſemina pulti,
Cum ſale prunellæ; quam manda ſumere manè.
Non aliter *dolor invadit, ſubit atquè lacertos*
Corporis; humor ſi putridus ſtabuletur in ipſis,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Illinc & nimio membrorum torſeri t æſtu;
Vlla quies ubi nequaquam concedit ur ægris.
Tunc oleo, vino mixto, ſi fortè tepenti
Vtaris, prodeſt: camomilæ ſiuè parato
Decoctum, quo etiàm tepido ,rorato lacertos;
His que dolor, nimius que calor plerumq̃ recedũt;
Ægrotos mulcet, putridus fræ natur & humor.
36 Infeſtat quando què *dolor de flatibus ortus*,
Ventriculi tunicas verſus tendentibus imas:
Aut ipſis crudi ſucci conſtanter inhærent;
Seù tenues pungunt ſtimulo, tunicas q̃ moleſtant.
Cauſa tamen quæ ſit, metho do perpende ſagaci.
Si fuerint flatus, non diſcutientibus uti,
Eſt (ratione febris) nobis conceſſa facultas:
Præſertim quibus eſt vehemens fortaſsè caloris
Virtus: tunc potius ſatius moderata iuvabunt
Auxilia, in quibus adſit diſcuſſoria virtus;
Pulegîum veluti; viridis vel mentha domorum,
Sicut ſicca iuvabit, fœniculum que vireſcens:
Seù largitor aquæ calidæ borraginis hauſtum.
Si fuerit dolor à craſsis humoribus ortus;
Vtere præſidijs ſuprà pro ſyncope doctis
Humorosà: profiicies equidem ſi vtaris eiſdem.
A calidis ſuccis, dolor, infeſtantivus alvum,
Seù ventris tunicas; fuerit qua parte moleſtus,
Sæpè videre decet; nàm vel cauitate fatigat;
Siuè aliundè fluit. Mittentem mente teneto
Partem: quippè iecur mitentis habet rationem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sæpè: fluentem, missio sed clysteré revelle,
Antè paroxismum; pannis & crura fricabis;
Siué cucurbitulis, mitentis partis ad ortum
Affixis, humores fac reuocare fluentes:
Ora que ventriculi exterius deffende cadurcis
Imbutis lympha rosea, cui succus agrestæ,
(Permixtis guttis vini) vtilitate ministrat.
37 Sed si causa doloris contineatur in imis
Ventriculi tunicis; tenues frænare potestis;
Exhibitis in aqua succis mori, vel agrestiæ,
Siuè granatorum: ptisana & mulcebis acorem
Intùs, vt exterius, cures si obtundere succos.
His que dolor stomachi si non sedetur, vt optas;
Iuxta naturam succi, medicamine solue
Protinus: ipse quidem cum sit vicinus ad ora,
Mobilis & natura; non plerumque parari
Postulat, indiget atque manuducente nocivus
Solùm: sunt veluti, tamarindi pulpa, rhabarbrum;
Ex his siuè bolus, decoctum siuè paretur.
Iu forma solida melius fortassè operatur.
Colicus in febribus dolor exercere frequentèr
Febricitantes assolet, intestina molestans,
Præcipuè subtilia. Tunc clysteribus alvum
Mundato citius, fæces pellentibus extrà.
Exterius que iube partem cum pane recentèr
Extracto, & calido (dolor undè molestus abundet)
Si prius is madeat vino, plerumquè fouere:
Intestinorum sedat, stomachi que dolorem.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et si plura cupis; proprio tractata libello
Respice, sic cunctis profsit largita medela;
Dicta que sufficiant vrget quia temporis angor;
Antè oculos habeas, horúque nec immemor esto.

SECTIO II. CAPVT VNICVM.

Aphoristice sententiæ dilucidantur.

HEXAMETRO CARMINE.

38 Tempora labuntur, nunquā que redire notamus,
Nil que boni est nobis nisi mente locata tenemus
Dogmata; sed cum mente magis breuiora locétur,
Hoc opus aggrediar vocum breuitate secuta,
(Multa nec in parvo posfum tractare libello)
Tempore quo levius posfis edisscere curto
Illa satis dignè nostrùm memoranda Parentum;
Vita brevis quoniam, longam collata per artem,
Præceps atquè occasio, cum mutabile corpus
Circa quod versamur, sit; neque cura timore
Vlla caret, præsertim si *experiamur in arte*
Auxilia, autè per Antiquos non arte probata.
Digna est materies Medico condigna sagaci;
Non que lutum, non tegula, non lapidosa fabrorū
Materies agitur; sed homo, cui quilibet error
Aduehit interitum commissus; non que facultas
Est concessa levis, nequè nobis ulla regressus

Est;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Est; nec possimus infectum nos reddere factum:
Quarè non leue fiet iuditiale tribunal
Æger si nolit Mediti parère medelæ,
Opportuna quidem quando iussisse fatemur:
Vtile cui liceat non præterm ittere quidquam,
Morte vel ægro ti patietur fama medentis.
Sint hilares affectus, & exteriora parentur
Apta, domus & temperies sit consona curæ:
Cuncta notare velit Medicus, si ad cuncta tenetur,
Propria vel fiet, fuerit quæ culpa ministri.
39 Servari natura petit, perpende salutis
Tempora, morbus erit notus, notus que recessus:
Servari que habitus poscit, quo corpora constant
Sana, inventus eis qui sæpè laboribus agri,
Et tegetum curà non deseruère ligonem,
Sanguine vasa nimis nec nos repleta lacessiunt;
Dummodo non summam tetigit bonitatis in arcẽ,
(Vt sine labe quidem rarò reperitur athletis)
Qua nequè sæpè quies datur, vt neq; sæpè manere,
In melius seù proficere est mortalibus actum,
Multa pericla nisi experiatur corpus in illo;
In morbos potiùs veniet formido regressus,
Si distenta nimis rumpantur vasa; vel indè
Ipse calor nativus suffocetur in extis.
Talem quare habitum rupta nos solvere vena
Protinùs expediet (veluti tardare, nocebit)
Rursus vt incipiat nutriri corpus vt antè.
Immoderata nocet quando què refectio, sicut

Cor

2007 Ministerio de Cultura

Corporibus noſtris vacuatio magna nociva eſt.
40 Si *vomitu, fluxu vel ventris ſpontè ſolutis,*
Purgentur qui noſtra nocebant corpora, ſucci;
His confert, leuitèr q̃ ferunt, contra que gravãtur;
Abſque ullo, natura docet, Doctore, magiſtra,
Vt paritèr Medicus diſcat purgare ſub arte,
A pravis que bonos nec non diſcernere ſuccos,
Diſcat & incolumes venis ſervare quietos,
Non ſolum que ſciat *quantum*, ſed ducere *quales.*
Ex *ætate* tamen ſumes, qui *ſuccus abundet*,
Corporis atque colore, anni vel tempore: tales
Sunt humores, quales ſunt plerumque colores,
Æquis per totum ſi fuſi partibus adſint,
Corporis abſconſi fuerint nec ſedibus imis.
41 Viribus eſt noſtris quamvis optabilis eſca,
Dum reficit ſanas, morborum robur adauget.
Triplex præſertim victus numeratur in arte;
Scilicèt vt *tenuis*, nec non *tenuiſsimus* ultrò:
In morbis quoniam talis donatur acutis.
Dat *plenus* vires, confert & robora ſanis,
Et chronicis morbis ab eo quandoquè iuvamur.
Intèr utrumque tamen *modicus* plerũ què locatur.
Debilitat *tenuis* vires, quas *plenus* adauget
Victus, vt & *modicus* conſervat robur earum.
Omnibus at *plenum* (ſeù morbis, ſiuè ſalute)
Eſſe metu dignum conſtat tonſoribus ipſis.
Nam ſi naturæ ſuperent alimenta vigorem,
Fit cibus ingeſtus morboſi cauſa laboris.

Ex.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Expedit atque *fame* interdum sic corpora nostra
Humida tentari, liceatque inducere tantum,
Quantum corporibus deceat siccare refectis:
Humida nostra fames exsiccat corpora multum.
42 *In morbis* verò tenuem fortasè caueto
Victum, præcipuè longis, quæ robur adesse,
Et servare datur: tenuis sed semper acutis
Proderit in morbis, quandò non paúca recusent
Fercula deiectæ vires, reficique petentes
Victibus & quamvis cunctis committitur error,
In tenuis delicta usu maiora notantur,
Vrdè magis virtus, quàm pleno, læsa resultat.
Sivè sit in morbis, sit siuè salutis in horis,
Errores quoniam grauius plerumque tulere.
43 Expedit interdùm victus tenuissimus ægris,
Vt morbis curandis expedit æqua medela,
Nempè levis, leuibus; magnis vt magna, locatur.
Nam licet auxilio à facili cæpisse frequentèr
Ars iubeat morbis; fit, dum non cogimur arte
Extremos morbos extremis fortè iuvare
Auxilijs; secum soliti si ferre labores
Extremos fuerint, summo & fulgere vigore
Protinús, in quibus & levium non proficit usus.
Proficit & tenuis victus *fulgente vigore*
Morbi; seù cum constiterit, nè coctio cesset
Succorum, victu que magis noceamus, & indè
Ampliús ipsiús reddatur causa maligna.
44 Quantum mollior est morbus, permittit adauctu.

Vic

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Victum; cumque ſuo videas *conſtare vigore*,
Longum vel ſi poſt tempus conſiſtere ſperas,
Ne prius æger defficiat, quam morbus ad illam
Perveniat metam, de qua tranſire negatur.
In *febris incrementis particularibus*, eſcas
Subtrahe: donabis, cum iam ceſſaverit æſtus:
Si verò per circuitus infeſta redire
Aſſolet, his ceſſa, febris dum *acceſsio* duret
(Deterius tempus totius ſcilicet æſtus)
Declinare prius febrem conſtabit obortam
Ex pulſu, vt valeas vti ratione ciborum:
Et niſi *virtutis caſu* donare coactus
Eſcas in febris augmento quandoquè propines.
Vt que ſtatus morbi poſsit conſtare medenti,
Vtrùm & venturus citiùs, vel tempore longo;
Hoc idèa febris, ſpecies aut indicat eius,
Ætas, circuitus, labentis tempus & anni;
Nec non quanta febris; nam *longior iſta relucet*,
Maiori & circa morbi incrementa calore
Affligit: nec eodem tempore ſæpè caleſcit,
Ipſius potius ſimilis præponitur hora;
Intervalla nec æqua patent, vt dicere poſsis
Hinc febris augmentum patulum conſtâter adeſſe;
Ex ſignis paritèr conſtet conſiſtere morbum;
Vt quoque quæ móx apparent excreta docebunt,
An que brevi, mox vel diſtanti tempore fiet:
Apparens veluti ſputum, ſi protinùs exit
In lateris morbo, breviat; longum que docebit

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Si mox apparet. Breuiter sic coctio monstrat
Iuditium fieri, atque bonum: contrà que fatentur
Cruda excreta, malum; tutum nec posse subiri.
46 *Humoris natura* brevem, longum vè futurum
Prædicit morbum: bilis si *æstate mouetur*,
Siuè febrem, morbûque brevẽ plerumquè creabit.
Non sic si producta febris sit *phlegmate* constans,
Tempore brumali; sicut quartana perennis,
Siuè *Antumni*, siuè *Hyemis* pertingat ad oras:
Non leuitèr quoniam dissolvitur humor adustus
Arte melancholicus, succus vel quilibet alter;
Quo magis ipse notas dederit terrestris habere.
47 Sic *ætas diversa* docet sit quandò cibandum;
Quippè senex gelidus tolerat ieiunia gratis;
Sustinet indè mali nil, cum non appetat ipse;
Innati que parum calidi cui constat inesse;
Fomitibus paucis ideò servabitur ipse
In *senio* melius, dùm fercula *sæpè* ministres,
Nè calor extinctus penitùs sub pluribus absit,
Accidit vt nostris extinctis fermè lucernis.
Hac ratione senes, gelidum quia corpus eorum
Non facilè à febribus quoquè corripiuntur acutis.
E contrà, *pueri* magis offenduntur, habentes
Innati multum (dum crescunt) sæpè caloris:
Fomitibus quarè pueris tunc pluribus escæ
Est opus: vt parit er mox *in florentibus annis*,
(Quam vis ista minus pu eris absumitur ætas,
Esca defficiente) minùs que iuventa ruinam

Per-

(c) 2009 Ministerio de Cultura

Perſentit: ſed adhuc ſenio quæ proxima ſiſtit
Conſiſtens ætas, damno plerumque minori
Afficitur; diſtat quoniam tunc prima puelli
Plùs ætas, properat que ipſis rugoſa ſenectus;
Et ficùt media, hinc damnum partitur utraque.
48 *Anni etiam tempus* dandas conducit ad eſcas,
Concoquit *hyberno* melius quia tempore victum
Venter, vt hinc quoquè natura calidiſsimus adſsit;
Tum calor interius refugit (quem diſsipat æſtas)
Quod paritèr ventri contingit *vere* frequenter,
Excedit que modum ſomnus longiſsimus; undè
Fercula quamuis plura propines, plura coquúntur.
Non *æſtate* modo plerumquè caleſcimus ipſo;
Ventris enim calor à nimio corrumpitur æſtu,
Atquè per humanos omnes diffunditur artus,
Interius que minus fulget, quia currit ad extra.
Eſca que cum largiri debeat æqua calori,
(Viſcera non aliter ſubter dominabitur ima)
Paucis propterea, his q̃ frequentibus indiget uſus;
Ne calor innatus multis extinctus hebeſcat.
Autumnus medium cum vere, locumq̃ ſecundum
Obtinet: incipiunt denſari corpora, ſicut
Vere quidem primo, fieri nos rara videmus.
Qualia conveniant, & quanta offerre, notandum
Eſt: aliquid regio, tùm conſuetudo repoſcit,
An q̃ ſemel, vel ſæpè, ferent tùm tempus, & ætas.
49 *Humida* ſunt ægris quoquè febricitantibus æqua
Fercula; dumque ſimùl, ſi poſsis, *frigida* dones:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ignea membrorum quoniam natura suorum
Sicca que conficitur, quibus & contraria prosſunt.
Expediunt etiam pueris, ratione tuendi
Naturam; prosſunt & eis, qui talibus usi
Sunt, paribus que in vita *consuevere cibari.*
Ægrotis alitèr victum perpendimus arte;
Nam simplex morbus parilem plerumque medelã
Postulat, & victum, cui debes obvius esſe:
Oppositis equidem morbus tùnc quisque fruatur.
At si iungantur morbi diversa petentes
Auxilia (vt cum febre simul coniungitur hydrops)
Communem tantum, quantũ iungantur, habebunt
Et victum, & curam: dum plùs urgentibus obstes,
Alterius non post habita fortasse medela;
Auxilio parili cùm nos medeamur utrique.
5o Non solum *qualis* victus, sed quomodo dandus
Sit, perpende priùs; nam morbo debilis æger,
Cui simul humorum iam corruptela fatigat,
Sæpiùs, atquè *parùm* victum donare coacti
Adsumus. Estque *parùm*, quià vis nõ sustinet ægra
Plura dari, calor aut multis extinctus abibit.
Sæpè dari verò, quia sic corruptio poscit
Temperiem: victum, veluti *deffectus*, abundè.
Debilibus verò quando non iungitur humor
Corruptus, rarò donamus fercula parca.
Nec quo *Vasta fames* ullum permitte laborem,
Quos neque purgabis, rubrum nec mitte cruorem;
Nec vehemens aliquis motus, qui viribus obsit

Ex-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Expediet, nè ægri virtus labefacta dehiſcat:
Quod paritèr ſanis rectè mandare licebit.
51 In morbis cum iuditium natura peregit
Rectum; vel fieri rectè nos arte videmus:
Naturæ totum tunc nos committere oportet,
Nil q̃ movere decet, nequè quid fortaſsè novare;
Eſſe niſi videamus quid ſuplere neceſsùm.
Multotiès verò (fuerit ſi recta) ſequamur
Quam legit natura viam, quò ducere ſuccos
Expediet motos; nec non diſtanter ab illis
Principibus ſemp̃er, quà ducit, partibus, ipſa.
Provid̃a tum que vias per quas elegerit antè:
Ducito, ſi valeas, & recto tramite ſuccos.
52 Materies equidem prius, educenda, coquatur;
Principio crudam nec nobis arte movere
Eſt licitum; motus niſi turgeat humor, & indè
Is quaſi cæcus mittitur hinc agitatus, & illinc
(Permultos quamvis nos non turgere putemus)
Cogimur àt verò, cum nos purgare in acutis
Expedit, ex templò fieri, tardare nocivum.
Noſtri firmatos aliquo ſed corporis artu,
Dum crudi fuerint, volumus remanere quietos,
Corporis in venis aliqua ſub parte retentos,
Cuncocti donec morborum fine reſultent.
Non tamen humores ductos metimur (vt antè
Diximus) ex quanto, ſed quantum conferat ægris
Evacuatio; nam fluxus quandoquè nocebit;
Et quandoquè iuvat, nocuus dum pellitur humor;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sit vero menſura tibi *tolerantia* fluxus
Quilibet à vaſis quoties educitur humor.
53 *Principio raro morbis purgamus acutis:*
An ſi conveniat, rectè meditabimur antè;
Ignea namque febris calidis plerumque reſiſtit
Auxilijs; cuius ratione ad frigida ſemper
Tendimus, humidulis nimiũ permixta frequẽter.
Nec ratione febris purgantia (quatenus ardet
Ipſa) damus; cuius nocuum fortaſsè calorem
Augebunt; ſed dantur eo quod maior habetur
Corporis vtilitas educto humore nocivo
Quam quæ, largito medicamine, noxa paratur.
54 Nos quoquè *reddamus purgandum fluxile corpus.*
Ad fluxum que humores expedit eſſè paratos,
Scilicet omnino tenues, lentore carentes,
Sint què viæ, per quas ſucci purgantur, apertæ:
Hoc ideò morbis rarò purgamus acutis;
In primis quia tanta ſequi mandata diebus
Non facile humanis donatur viribus unquam:
Eſt & eis criſis (brevitèr ventura) propinqua;
Non que *ſalus*, *neque mors tuto prædicitur ipſis*;
Quippè manus Medici (ſit quamvis optimus) errat,
Sed rarò; pravus vè foras emittitur humor,
Ex vno vè loco nocuus transfertur, & hæret
Vnde minùs lædat; fieri quod ſæpe, fatemur.
55 Concoquit humores *ſomnus*, ſedat que labores,
Intus nativo noſtro currente calore;
Quo quoque ſi fuerint ſucci, poſsit que malignos

Vin-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vincere, noſtra iuvat iucundus corpora gratis:
Solverit vt quandò noſtræ deliria mentis.
Sed ſervare modum nec non debere, fatetur
Ars; vt ſempèr adeſſe vigil fortaſsè nocebit;
Nos ideò medium ſervabimus inter utrumque:
Sunt extrema quidem naturæ cuncta nociva.
Si verò pravos ſuccos non vincere poſsit;
Inflammatio vè interiora per exta fatiget:
Surgimus à ſomno capitis plerumque dolore,
Indè nimis creſcente, nihil que iuvamur ab ipſo:
Lædimur incoctis potiùs remanentibus intùs
Succis; quod læthale nimis conſtanter habetur.
Excedens paritèr ſomnus, qui vt crapula, lædit
Vtque fames, *aliud vel quidquam quod ſuperare*
Id valeat moderamen, quod natura requirit;
Sicut nec vacuare nimis, nequè membra replere,
Eſt tutum; paulatim non feciſſe pigebit.
Sunt extrema quidem nobis inimica frequenter,
A quibus expediet cautos nos ſæpè tueri:
Omne modum ſervet, quem poſtulat ordo ſalutis.
56 Temperiem moderata quies conſervat, & auget;
Laſſa que continuum per motum membra reſultant,
Expellit que quies laſſorum ſæpè labores.
Talia ſi verò ſentimus corpora; ſit què
Motu defficiente nimis (quod ſpontè vocamus
Tunc corpus fieri laſſum) meminiſſe licebit
Hippocratem, morbos hoc præſagire, referre;
Nam trahit ex pravis, multis vè humoribus ortū,

57 Iun-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

57 Iungitur interdùm noſtrùm quod cauſa doloris
Exiſtit penitùs membrorum quolibet; vndè
Si ſentire fuit cauſam plerumque moleſtum;
Iam nobis potiùs nunc *non ſentire* fatiget:
Turbari quià, mentem que ægrotare, putamus.
Humana interdùm *tenuantur corpora lentè*,
Interdùm *breuitèr*. Si longo tempore fiat
Extenuatio: fas refici tunc corpora iuſsit
Ars lentè; ex ſolidis quoniam tunc partibus iſtam
Conijciat fieri, quas compenſare neceſsè
Eſt lentè: fieri quod non in tempore curto
Poſſumus. E contrà, breuitèr cum corporis artus
Sunt graciles, tenuis quià fortè reſolvitur humor,
Spiritus aut tenuis; citius quos ſæpè redire,
Seu refici breuitèr, conſtat tonſoribus artis:
Quippè *cibis breuitèr* (ſi vis) implebitur alvus,
Impletur ſed adhuc citiùs *cum potibus* ipſa.
Spiritus, aut vitæ, vini reparantur odore,
Et veluti corpus nutrit velociter eius
Evacuatio non multum poſt tempus habetur:
Expellit que *famen* vinum, ſub ventre, *caninam*.

58 Sunt nobis alimenta quidem reparatio vitæ
A quibus & robur conſtanter membra ſequuntur.
His tamen aſſumptis, ſi debile corpus adhæret,
Et nequè robuſtæ pateant poſt fercula vires;
Aſſumptis potius corpus ſed fortè gravatur,
Vel *non nutritur*: pravus tunc humor abundat,
Quem vacuare tibi breviter, ſit cura, medenti:

Quip-

© 2007 Ministerio de Cultura

Quippè *impura magis ladis dùm corpora nutris,*
A ſuccis que cibus veniens corrumpitur, atque
Prava intemperies creſcit, quia cauſa vigeſcit.
Fercula ſed ſi poſt morbum non appetat æger
Aſſumptis què cibis non creſcit robur, inerſque
Apparet, ſuccos educito, ventre ſoluto:
Fortè relictis ipſis nè recidiva ſequatur;
Vidimus vt paſsim quod ſic fecere minaces.
59 Quandò iuditium morbi, criſis vè futura
Inſtat, *nox gravis* affligit ſub febre moleſta,
(Siuè dies) præcedens, quandò nocte futura
Speramus criſim: ſuccos dirimente malignos
A laudabilibus natura: ducit àt illa
Quæ criſim ſequitur nox, magna ex parte, levamẽ;
Præcipuè ægrotis ſua quandò tempora morbus
Omnia declinans valeat percurrere gratis.
Faucibus ægrotis, vel ſi *tubercula corpus*
Infeſtant, excreta ſagax perpendito cuncta;
Vnà etiam corpus patitur, ſi bilis abundet
Excretis: cauſam neque motam expellere poſſè
Extra corpus naturam, dicemus; & indè
Succos evacuare, parùm nutrire ſed ægrum
Cogeris, aut fiet magis inſuperabilis humor.
E contrà, fuerint ſi excreta ſimillima ſanis,
Corpus, erit tutum, tibi tùnc nutrire medenti.
60 Vna ſervata ſemper ratione ciborum,
Humida multotiès iuvenum mutabitur *alvus*
In ſiccam, laſſa ſegni veniente ſenecta.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

E contrà paritèr, iuvenum ſi *ſicca* moleſtet,
Humida poſt fiet, ſegnis cum venerit ætas,
Huius enim ratione nimis variatur & alvus;
Expediet verò non ignorare quod iſta.
Tutiùs in ſiccam (ſi naturaliter illac)
Mutatur, ſenibus que ſolet communis adeſſe.
Oppoſitis equidem morbos curamus obortos
Quoslibet: à multis humoribus, arte iuvamus
Evacuandi; ſed virtus quos ducit inanis,
Exhibita potiùs virtus reparabitur eſca.
Frigore quippè calor, frigus que calore medetur.
Nil ſed adhuc cũ cauſa facit, ſi in corpore præſens
Adfuerit, tantum *præſervativa medela*
Sufficit; atquè foras cauſam iecisſe minacem.
61 *Hebdomadas* tres primas nos perpendere iuſsit
Hippocrates (Dius olim, ſiuè ſecundus Apollo,
Arcana Medicorum legislator in arte)
Ægroti ad curam rectè cuiuſque ſequendam:
Ipſarumque diem iuſsit perpendere ſummum,
Septimus in peracutis contemplabilis extat;
Vt *quartus decimus* quoquè contemplatur acutis;
In morbis que minus, talis *vigeſimus* adſsit.
Poſtremis dixit; quoniam plerumque diebus
Iuditium his morbus, ſeu mortis, ſiuè ſalutis,
In melius vel mutatur, vel tendit in orcum;
Illis præcipuè, motis humoribus intùs.
Sed neque cauſa die fortaſsè mouetur in vno
Omnibus in morbis, Lunæ cum ſæpè ſequantur
Aſpectus. Sed *quarta dies* perpenditur ultrò

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cuiuſque *Hebdomadæ*, quarú quoq̃ dicitur index:
Septeno que die ſi criſis forte futura,
Indicat vrina apparens nubecula quarto.
62 Index Hebdomadæ primæ fit *quarta dierum*,
Sicut & *vndecimus* monſtrat plerumque ſecundæ:
Indicat atque *decem ſuprà qui ſeptimus* extat
Hebdomadæ ternæ criſim fortaſsè futuram:
A quarto decimo, quartus numerabitur ipſe,
Eſt & ab vndecimo prædicto ſeptimus vltro.
Taliter hi que dies morbo reputantur in omni;
Et licet in quarto decimo ſit motus acuti
Sæpius; ante etiam conſtet ſic poſſe moveri.
63 Tempore ſi febris pateat *convulſio nervi*,
Indè malum Medici rectè prædicimus omnes;
Nam ratione febris nervi tenduntur aduſti.
Sed ſoletà multo fieri quandoque repente
Glutineo, imbutis neruis, humore per exta;
Cui *Super adveniens febris*, plerumque medelam
Attulit; imbuti quia ſucci, á febre coquuntur;
Attulit vt pariter cum ſint *in ventre dolores*:
Si ſinè febre priùs fuerint à flatibus orti.
64 Si invadat morbus vehemens, ſubito que quieſcat;
Et neque ſudor ei, fluxus, vomitus vè, ſequantur,
A cauſa aut aliter corpus mundetur iniqua:
Expedit his ſignis nobis non fidere quidquam,
Abſit & à nobis tum formidare maligna,
Quæ præter rationem in morbis ſigna videmus,
Nam ceſſare ſolent nulla ſubeunte medela.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non minui corpus, sed idem sub febre manere,
Dum non omninò leviter correptus adhæret:
Succos ostendit crassos affligere corpus
Tentantes morbum nec non producere longum.
E contrà, citius si contabescere corpus
Incipit, & plus quam ratio tunc postulat, ægri
Sensibilis fluxus non præcedente vigore;
Debilis est virtus, tenuis sivè humor abundat,
Cogimur atquè bonum nullum sperare subinde.

65 *Circa principia, & fines, est debile quidquam*,
Incipiunt nequè prava suo plerumque vigore.
Hoc ideo fuerit morbis si forte movendum,
Protinus à nobis sit in incipientibus actum:
Corpus enim natura regens à mole levata,
Qua premitur, pellit melius quod pellere possit;
Concoquit & melius quidquid sibi coctile mansit:
Tempore quippè status curabis habere quietem:
Impedias nec opus quod agit natura coquendo.

66 *Ferre oblata*, *bonum*, quæ naturalirèr instant
Omnibus in morbis: *Mente & constare* cerebrum;
Sana quidem dicunt, damnum vel viscera parvum
Intus habere: datur que simul non parva salutis
Spes. Veluti cum plus naturæ *morbus adæquat*,
Ætati, vel *temporibus labentibus anni*.
Ægri naturæ si non sint consona, pravum.
Causa quidem maior brumali tempore lædens
Efficitur, quando morbus cum febre molestat:
Naturam superat, gelidum quæ tempus & anni.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

67 Corporis indè ſalus conſtabit, ſi *infima ventris*
Molia ſint; *æqualia* ſiuè notentur utrimquè;
Cũ nequè *craſſa* nimis fuerint, nec *tabida* conſtent.
Talia nec leuitèr tolerant medicamina; ſicut
Corporis incolumi qui fortè *ſalute fruuntur*;
Vtuntur vè cibis pravis, & ſanguine pravo
Ex ipſis genito communis vena repletur.
Deterior potus, ſed qui melioribus extat
Suavior (atquè *cibus* paritèr) præfertur in ægris,
In quibus inſuavis melior conſtanter habetur;
Dum noxa exceſſus non ſit tibi digna notatu;
Ventriculus quoniam melius complectitur illum,
Sit quamvis peior natura & ſorte repertus,
Si tamen ille cibus ſibi iucundiſsimus adſit.

68 Debilis ægrotat iuvenis, *ſenior* que frequenter,
Spem que iſto maiorem poſsidet ille ſalutis:
Ijs nequè *rauedo* coquitur, neque *fæda grauedo*,
Commoritur que ſenex morbo ſociante ſenectam;
Et ſi ſæpè leues minimè curantur in ipſis,
Indè ſenes conſtet reliquis non poſſe iuvari,
Renibus affectos veluti, turpi que podagra,
Articulari morbo, ſeù coxendicis atro.
Qui paritèr *ſinè cauſa* oculis, menti que patenti
Defficiunt animo, ſi fortiter iſtud agatur,
Et paſsim: cuncti moriuntur ſæpè repentè,
Abſceſſu rupto interiùs, per viſcera fuſo
Pure, animi deffectus, nil dubitante, ſequetur,
Nemine. Ventriculi verò ſed pure cadente

Ad

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad tunicas, vomitus contingit: àt excitat intrà
Pectus, tussim: quando illic cecidisse notemus:
Vel suffocatur pellens plerumque laborans.
69 Nec leuiter trepidans *apoplexia* solvitur unquàm,
Sit licet ipsa levis: fortem sed solvere nunquàm
Possumus (Hippocrates dixit, Medici q̃ fatemur.)
Præsertim quibus os circa spumosa patescit
Materies: agitante nimis pulmone vapores.
Sunt homines graciles à prima ætate pusilla:
Siuè nimis crassi; sed cuncta extrema nociva
Sunt; cunctis verò molis moderamina prosiunt;
Inter utrumque, minus graciles patiũtur ab auris,
Intereunt que minus crassis; cum vasa minora
Atque angusta patent, & pauco sanguine constant.
70 *Herculeo morbo* puer ægrotare caduco,
Seù pubes solet; ætatis ratione sed ipsi
Mutatæ, à tanto possiunt evadere morbo;
(Vndè ætate iuventutis si cæperit, indè
Commoritur morbo, nec adest spes ulla salutis.)
Sicùt & alterius victus mutatio prodest;
Temporis; aut ipsis ratio diversa locorum
Proderit: hinc (à quo vt causa producitur) humor
Frigidus & lentus coquitur, novitate calescens.
71 Si *duo* diversa sedeant in parte *dolores*,
Tunc dolor obscurat vehemens plerumq̃ minorẽ:
Mœrores veluti, quandò sinè corpore torquent,
Sentitur maior distractis sensibus illùc.
Dum pus conficitur, dolor, ac febricula vultum

Osten-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Oſtendunt; ceſſant cum pus natura peregit;
(Vel confecto pure notantur fortè minores)
Nam diſtenta nimis, necnon calefacta per æſtum
Sanguinis à fervore, febrem, tum membra dolore
Hinc perpeſſa cient; confecto pure ſed abſunt.

72 *Debilis*, *aſſuetos* melius fortaſsè *labores*,
Ferre ſolet (fuerit quamvis ætate ſenectæ)
Inſolito iuvene, inſolitis & fortibus ullis:
Fortior aſſuetis quia pars excercita fulget.
Tempore quæ vero ex longo conſueta notantur,
Et ſi deteriora putes, inſuetis ſæpe moleſtant
Illa minùs; ſit ſive labor, vel longa ciborum
Conſuetudo. Inſueta tamen tolerare labora,
Ne plus lædaris collatus ad iſta repentè.

73 Recta tibi, quæ doctus agis, ſi viſa fuere,
(Vtilitas quamvis extemplò nulla ſequatur)
Non penitus tranſire licebit in altera tuto,
Si præſens morbis, quidquid prius indicat, extet.
Corporis eſt triplex propriè menſura; *profundi*,
Lati, & *longi*: nos quidquam, per cuncta, vocamus
Magnum; ſed ſenibus maiori ex parte moleſtum
Hoc onus eſt; magna quia mox à mole gravantur:
Ferre valent nec onus (iuveni quod ferre iuvabit)
Corporis hoc ideò *moles procera* fatigat.

76 Ingens, ſi fuerit *mutatio temporis anni*,
Parturit ingentes in noſtro corpore morbos:
Tum quoquè ſi fiat paritèr per quamlibet anni
Quadram; ſivè calore ſuo, ſeu frigore, torquens;

Vel

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vel si forte die mutatio fiat eodem.
Frigus enim densat quæ sunt liquefacta calore,
Vndè framina corporis occluduntur aperta,
Morbos que Autumnales expectare licebit.
Non æstas verò, vel Hyems sunt omnibus æqua
Naturis; hyemem melius quia sustinet vnus,
Alter ad æstatem meliore salute fruetur;
Adversa cum temperie natura iuvetur.
Sic pariter quando morbus variatur, & ætas,
Morbus & ægrotus diverso robore constant,
Imbribus vt iuvenes; æstate tamèn seniores:
Solvitur adversa morbus, producitur ipse,
Temperie simili, febres que minore periclo
Vere, senes tolerant; iuvenes quo sæpè gravantur,
Maiori que calore ingentia damna tulere.
Id que locis, veluti victi, censere tenemur.
75 *Humida* tempestas hebetat velociter aures
Austri; tum caput ipsa gravat, caligine visum
Implet, & ægrotos nimio languore molestat.
E contrà, si tempestas *Aquilone* movetur;
Gutturis asperitas, astrictio, tussis, & horror
Infestant pariter, vel cum pleuritide, corpus.
Si veri similis fuerit quæ dicitur æstas,
Ingenti, febribus, corpus sudore redundat:
Arida nam tuccos, forsan que calore, resolvit.
Temperie sicca sed producuntur acutæ
Febres (hoc verò contingunt tempore paucæ)
Legitimis sed temporibus servantibus anni

Tem-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Temperiem propriam, morbos plerumque venire
Legitimos, & iuditij ſimul arte probati,
Vidimus. E contra, fuerint ſi lege ſoluta
Tempora, iuditij pravi communiter adſſunt.
76 Læthales morbi, vel magna ex parte vigeſcunt
Autumno; eſt que malus cunctis qui tabe laborant:
Sæpè ſed accedunt producti in *Vere*, ſaluti.
Sicca tamen producit Hyems, Aquilone vigente
(Ver quando pluvioſum, ſivè Auſtrale ſequatur)
Ingentes æſtate febres, cum fluxibus alvi:
Humida temperies quoniam putreſcere ſuccos
Cogit; præcipuè ſi iuncta calore vigeſcat.
Vere tamen ſicco, quando præceſſerit aura
Auſtralis, vel Hyems impleverit imbribus ipſam:
Fæmina ventre tumens leuitèr lugebit aborſu;
Vel fœtus tenues pariet, quos viuere vitam
Semper morboſam videas. Senioribus autem
Fluxio contingit capitis, mors ſiuè caduca;
Lippa ſed in reliquis, oculi; cum fluxibus alvi.
Diuerſo ſed ſæpè modo fortaſsè nocebit
Naturis, erit in ſiccis ccù lippa moleſta,
Humidulis, fluxus; ſuccos mittente cerebro
Acres, his aptos, varios in corporis artus.
77 *Autumno pluvioſo*, cum præceſſerit *æſtas*
Sicca; hyemis, magni capitis per membra dolores,
Tempore contingunt: tuſsis, raucedine mixta;
Et multis tabes, mortis præſaga, minatur.
Si ſiccus ſit, temperies quibus humida, confert;

Sem-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Semper & hac mulier molis lætabitur aura.
Naturis autem ſiccis, graſſantur acutæ
Febres; ſiuè oculos offundit lippa frequenter;
Siuè per exta melancholicus diffunditur humor;
Bile quod abſumptà tenui, pars craſſa manebit.
Scire tamen prodeſt, ex tempeſtatibus anni,
Humanæ melius, *ſiccam*, conferre ſaluti;
Qua citiùs fuligo foras expellitur indè.
78 *Multæ temporibus pluviæ*, queis phlegma vireſcit,
Longa febris, putredo, maior fluxus & alvi,
Herculeus morbus, morbus que apoplexia dictus,
Gutturis anginæ, tum alij, quos phlegmata ducũt.
In ſiccis, tabes: proprium veſica liquorem
Guttatim mittit; dolor ingens artubus urget,
Sicca quod inteſtina, rigent; dant humida, fluxu.
Et ſi contigerit febris, hæc & acutior extat.
79 Temperiem perpende etiam cuiuſque diei:
Diverſo diverſa modo nos quælibet aura
Lædit. *Frigus* enim claudit per membra meatus,
Aucto que interno ſunt vividiora calore:
Siccior eſt alvus, patulæ monſtrantur & aures;
Pectoris augetur dolor (hic ſi affixerit antè)
Acre ſed interdùm teneros mordebit ocellos.
Temperies Auſtrina caput vertigine tentat;
Corpora pigra labant, auditum claudit, & alvum
Humectat. Tantorum flegma eſt cauſa malorum.
80 Diuerſo diuerſa modo gaudebit & ætas
Tempore: temperies carnis non omnibus vna.

Vere

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vere quidem pueri nimium, iuvenes que iuvãtur;
Autumno que ſenis paulum natura levatur,
Atque æſtate ſimul;conſiſtens tempore bru mæ
Ætas,ſi calida exiſtit natura, iuvatur.
Tempore nàm quamvis morbi graſſentur in omni;
Omnibus & naturis, atque ætatibus ultrò;
Qualibet vt regione etiam,contingere poſsint:
Tempora quiſque modo vario ad diverſa tenetur;
Promptior eſtque vni,ſeù morbo,ſiuè ſaluti:
Aere nam ſicco,melius conſtanter habetur
Humidus; vt calido melius, qui frigidus adſsit,
Eſt equidem tempus non ſolum cauſa malorum,
Cum morbi fiant etiam ratione ciborum.

81 Communes etiam quadris numerabimus anni
Morbos, tùm qui fiunt, ſiuè augentur in ipſis.
Vere,melancholici morbi,eveniuntque furores;
Herculeus morbus, raucedo,angina vel oris;
Sanguinis & fluxus, tuſsis,tubercula, lepræ,
Puſtulæ, ſeù lichenes,& dolor artubus urgens.
Eſt etiam veris, reliquis præ partibus anni,
Optima temperies, vt eo,morboquè paratis,
Sit purgare, bonum,fartas aut ſcindere venas;
Liber vt evadas à morbo æſtate minaci.

82 Ardentes *æſtate* febres,quæ ſiuè fatigant
Continuò,aut per circuitus fortaſsè moue ntur;
Tum vomitus, ventris fluxus, putredo pudendi;
Lippa,dolorquè auris, ſudor;ſiuè ulcus in ore;
Præcipuè ſi tempeſtas magis humida floret.

83 *Autumno* quartana,febris qui erratica paſsim;
Guttatim mingit veſica;lienis & hydro

(c) 20

(Aut si tunc contingat, erit patiente liene)
Et si morbus naturam cum tabe minetur;
Autumno potius fiet manifestus inito.
Volvulus, Herculeus morbus, cerebri q̃ furores,
Anginæ, fluxus que alvi, coxæ que dolores;
Morbi æstivales etiam quandoquè vigescunt.
84 Tandem quos producit *Hyems* in pectore morbos,
Dicamus: gelidis nimium læduntur ab auris,
Pectoris instrumenta; latent pulmonis agones
Inflammati, raucedo, lateris que dolores,
Lumborum, capitisque dolor vertigine pressi
Sic apoplexia, siuè alij, quos phlegmata gignunt.
85 Nuper enim natis *pueris* sunt ulcera buccæ,
Humiditas auris, vomitus; surgunt que pavore,
Existunt vigiles, tussi, iu flammatur, & alvus;
Et quibus est gingivarum pruritus adorsus,
Torquet; si incipiant & tùnc dentire; febrèsque;
Nervorum convulsio; fluxus denique ventris;
(Præcipuè & fit dente sibi subeunte camino.)
Vertebra luxatur cum mòx *adoleverit ætas*;
Vesicæ lapides, tùm creber anhelitus, asthma,
Strumæ, lumbrici ascarides, alijque rotundi;
Tum dizuria, verrucæ, tubercula parva;
Multa licèt numero, teneris infantibus æqua;
O vtinàm sola essent, & non plura tulissent!
86 Pubertatis adhuc ipsis non advenit ætas,
Et (præter numerata) etiam patiuntur o bortos.
Sanguinis effluxus liquidi de naribus; atq uè
Sæpè diuturnas febres; quia vincere succos,
Nó[illegible]les possunt, qui viribus orbi. Ter-

© Ministerio de Cultura

Terminus at morborum quadrageſsima eorum
Sæpè dies eſt: tranſacto hoc, ſi morbus ad ultrà
Vaſerit; indè magis menſes numerabis, & annos,
Menſibus vt ſeptem, totidem vel morbus in annis
Deſinet: hos & ſi fuerit tranſgreſſus; & ætas
Venerit intereà pubis, eoncluſa duabus
Septenis, optatus nec non terminus illis
Præcipuus properat, quoniam pubeſcere corpus
Incipit, & natura replet lanugine carnes;
Temperies, corpus que, nimis mutantur; & indè
Fæmineo ſexu menſes erumpere noſcis,
Vbera tunc que tument, hinc atquè hircire ſalaces
Incipiunt: ætatis & eſt mutatio magna;
Quam neque mirabor morbis imponere finem.
Dicta tamen ſi tranſgrediantur tempora; morbo
Vidimus à longo plerumquè ſeneſcere vitam.
87 *Florida* ſed poſtquam fuerit trangreſſa ſalubris
Ætas (quà minimè patiuntur membra labores:
Aut ex vicinis patitur quos poſsidet ipſas
Morbos: ætates que inter, ſinè labe putatur:)
Non *ætas iuvenum* morborum fiet inanis;
Sanguinis invadunt fluxus, ſeù ſputa frequenter;
Herculeus morbus, tabes, vel febris acuta;
Ipſis flava quidem quoniam tunc bilis abundat,
Et poſtquam bilis prædicta caleſcit; aduſta,
Atra que fit, contingunt morbi *ætate ſequenti*:
Thoracis lædit tunc creber anhelitus, aſthma,
Pleuritis que vigent, paritèr cui pulmo ſequetur,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ardentes que febres, læthargus, & indè phrenitis,
Atquè diuturni fluxus; cum fluxibus ani
Sanguineis, choleræ, inteſtina que lævia manant;
Hæc, & plura pati *conſiſtens* ſuſtinet ætas.
88 Communes homini morbos *ætate ſenectæ*,
Si numerare velis, numero fortaſſe carebunt;
Quippè ſenes gravitèr ſpirãt, cum tuſſe, catharrus;
Guttatim mingunt; vrinæ fortis & ardor;
Nec levitèr vitium renum ſanabile fiet,
Veſicæ veluti, quando ſenioribus illud
Inveniatur, eo ſed commoriuntur adorſo.
Vertigo, renum que dolor, pruritus ad extra;
Denſa cutis quoniam ſalſos exire reſiſtit
Succos: Articulorum noxa dolore moleſta:
Præterit inſomnis noctes: Apoplecticus, atquè
Auditus gravis: obtuſus glaucomate viſus;
Tum nares, oculi que ſua humiditate laborant.
Temperies ſenibus nam quamvis ſicca ſuperſit;
Hæc & abundet ſæpè ſuperfluitatibus, alto
In cerebro iunctis (parvi ratione caloris)
A quibus & deſcendunt excrementa per artus;
In ſenibus tandèm tantorum cauſa malorum;
Quæ ſi iungantur cerebro, tunc ſomnus abundat;
Vt vigiles etiam ſunt, ſi expelluntur ad extrà.
89 Vẽtre tumẽs, *vtero vè gerens, medicãda propinquet*,
Cui fœtus ratione etiam maiora minantur
Damna; velut ſi morbo corripiatur acuto;
Aut tumor inflamans vterum de bile moleſtet,

Quo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quo, ſaltim, leuitèr fœtum deducat aborſu;
Vt ſolet aſsiduis ſuccorum fluxibus alvi;
Seu turpi fuerit quando correpta teneſmo:
Aut febribus, quibus ingenti peperiſſe periclo
Vidimus interdùm, vel aborſum ſæpè ſecutum.
Hanc purgare licet (ſuccis turgentibus) antè
Quam menſis conceptus, qui ſi bi ſeptimus extat,
Tranſeat: à quarto Medicus ſi menſe benignus
Temporis aſsiduas fœturæ cogitet horas:
Sanguine nè miſſo fœtus faciamus ab orſum,
Maiori, ſenior, curà ſervabitur alvo;
Indiget, vt grandis, quià multis fotibus ipſe.
Fœtus enim ſub ventre latet, velùt arbore fructus,
Qua iunior leuitèr, ſenior que movẽtur ab auris;
Debilibus quoniam pedibus tunc vnus, & alter.
Hærent arboribus, ramis que ligantur adultis;
Eſt que tener iunior, leviterque evellitur iſte;
Sæpè à ſede ſua maturo ſpontè cadente;
Tempore ſed medio fœturæ, fortitèr hærent.

90 Si *tenues fiant mammæ*, graciles què repentè
Apparent, ſequitur fœtus conſtantèr aborſus:
Vna tamen gracilis, teneat ſi ventre gemellos,
Vnius tantum fœtus oſtendit aborſum;
Expellitquè virum, gracilis ſi dextera fiat;
Fœmina verò exit, gracilis ſi ſorte ſiniſtra (tum
Mamma patet; (nam ventre locum quicumq; repoſ-
A natura, ſervat) ſed ſi copia lactis
Vberibus pateat, fœtus tunc debilis extat,

(Ex

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(Ex vtero veluti quando purgamina pellit)
Ijs solidis, contra, sanum sub ventre latère
Prædicet fœtum. Tum si præcesserit eius
Aut saltus, casus, vehemens vel motus, abortit
Fœmina; vel grandi si sit correpta pavore.
Nec màmmas graciles tunc præcesisse necesse
Est, cum sana quidem casum supponitur antè.
91 Sed si vtero fœtum, nimis extenuata recepit;
Antè eiusdem quam moles nutrita vigescat
Rursus; contenti fœtus contingit aborsus:
Quippè sibi potiùs partes alimenta reponunt,
Quam puero; quorum deffectu & defficit iste.
Quæ sine causa rursus abortit, mense secundo,
Vel terno, sunt his mucore ligamina plena;
Conceptum retinere valent nequè lubrica fœtum,
His que leui causa ruptis, fœtu que soluto,
Apparet subitò qui non optatur, aborsus.
92 Ducito per partes, succos æstate, supernas;
Flava levis quoniam vasis tunc bilis abundat.
Corporis atquè etiam gracilis, facilèque vomentis,
Humores per eas duces: hyemem que caveto,
Qua tenues succi rarò inveniuntur in alvo.
Tempore brumali, sed quando phlegma vagatur;
Istud ad infernas pigrum perducito partes.
Carnosus que simul, si sit mediocritèr, atquè
Est cui difficilis vomitus, purgabitur infrà,
Tempore prædicto semper, caveatur & æstas.
Lævia & inteſtina vetant purgare, supernè,

Sump-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sumpturi prius ad vomitum medicamina; corpus
Sivé quiete, cibo vel id humectante, paretur:
Sed poſtquam biberit, corpus plerumquè moveto,
Vt moveatur ſic rectè, & fœliciter alvus:
Concilia & ſomnum, quando retinere ſit æquum;
Coniicias què ſatis ventrem purgaſſe per imum.
Coniice ſic paritèr, ſi videris ora ſitire;
Veſtris, & ægroti optatam veniſſe quietem:
Nulla quidem, donèc ſitiat, plerumquè ſequetur.
93 Tabe laborantis nec non deducito ſuccos
Inferius (plagoſus enim tunc pulmo laborat,
Ducere quò ſurſum, tunc formidare tenèris)
Atquè melancholici; infrà ſpõtè movebitur humor
Ipſe gravis; validè que ipſum purgare poteſtis.
Sub cane difficilè eſt Medico purgare, nec antè;
Maiorem noxam vel ab æſtu contrahet æger.
Tormina tum ventris, lumborum ſiuè dolores
Cum fuerint; ſi non valeant medicamine ſolvi;
Siccus hydrops citiùs veniet, qui à flatibus ortus
Eſt, & vbi venter ſonitum, quaſi tympana, reddit:
Expedit hos infra nec non purgare, medènti.
94 Faſtidire cibos, febris cùm nulla moleſtat,
Ventriculi morſus, vertigo, vel oris amaror;
Eſſe neceſſum ſignificant vacuare ſupernè.
Sicut eos, fuerint qui ſupra corda, dolores:
Inferius veluti qui ſunt præcordia ſubtèr.
Alvi ſi fluxum contingat ſpontè venire;
Atrum vel vomitum, viridem, pravi vè coloris:

Et

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et ſi principio morbi cuiuslibet, iſtud
Accidat; eſt ſinè febre, malum; cum febre, putatur
Deterius; quoniam tunc cauſa malignior, extat.
Et nequè principio quicquam propellitur extra,
Naturæ ratione: nimis quia cruda reſiſtit
Materies, eius morbi quæ cauſa putatur:
Ipſius & potiùs morſu natura coacta
Expellit: nec prava adeo medicamine ducta
Ipſa foret: vacuare quidem quià ſpectat ad ipſum:
Abſona res nec erit ſuccos duxiſſe malignos.
Debilis æger, ubi *ſuccos proiecerit atros*
Inferius; *ſanguis vè niger* deſcenderit imum
Per ſeceſſum; damnum formidabile noſces;
Conſtantèr que die morietur ſæpè ſequenti.
Sanguineos vomitus (ſi ſint cum febre fluores)
Eſſe malos, dices; leviter nec poſſe mederi.
Si exierit multus (quacumque ex parte) minatur
Alvi fluxum, cum refici natura laborat;
Seù iecoris veniet iàm ſanguificatio læſa.
Et licet emiſſus (ſit qualiſcumque) ſupernè,
Immineat, ſpumoſus ſit, vel ſanguis aquoſus,
(Si ſinè febre patet) leviter curatur acerbis;
Nil que mali ex tali vomitu prædiximus unquàm.
Effuſus verò quocumque in viſcere, nunquam
Vtilis exiſtit, ſed ſuppuratus ibidem
Aſſolet *extra vaſa* manere, coquatur vt illic;
Eſt que dies, operi puris, vigeſsimus illi
Terminus, in cuius numero dat ſigna frequenter.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

96 *Fluxibus* ægrotat ſuccorum fortitèr alvus
Multoties; queis pingue prius, ramenta ſed indè
Apparent; interdùm miſſa caruncula torquet.
Hi, quocumque modo, fluxus ſunt ſæpè minaces,
Præcipuè interius lateat ſi turpiter ulcus
Inteſtinis, quò nunquàm eſt inducta cicatrix:
Eſt & eis (ſinè febre) *cibos plerumque moleſtum*
Faſtidire: ſed eſt peiùs, cum febre laborant;
Hoc & contigerit longis in fluxibus alvi;
Vlcus in inteſtinis vel putredine conſtat;
Ingens ſiuè æſtus quoque contra fercula pugnat.
Laudamus verò vomitum tunc ſpontè venire,
Humores quoniam ſurſum ratione revellit.
Et ſi ſcire velis naturam fluxibus aptam,
Diſciro: temperies fuerit quibus humida prona eſt
Lingua quibus balbutit, & humiditatibus hæret
Alvi profluvium nec non commune notatur.
Sed ſi *ſpuma* patet ſuccis currentibus alvi;
Vertice de capitis deduci phlegmata, dices:
Gignit enim ſpumas permixtus flatibus humor,
Dum lentore ſuo venis iungatur in imis.
Acri, ſincero que humore fluente per alvum,
Vlcera ſæpè ſequi, nec nos miremur, abipſo.
97 In quacumque dolor fuerit ſi parte moleſtus
Sæpius adveniens morbus firmabitur illic.
Si tamen iſte dolor poſt morbum venerit, hora,
A nobis optatæ, iam redeunte, ſalutis,
Corporis & fixus quacumque in parte quieſcat;

Quo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quò fuerit dolor, hic fieri plerumquè videmus
Abſceſſus: motos, quoniam pars debilis, illic
Suſcipit humores, quos longè expellere vellet.
Sic paritèr calor, aut frigus, vel ſudor ubique
Si maneant; illic morbum dicemus adeſſe.
98 Febricitans ſi fortè nimis, quandoquè repentè,
Suffocetur; ei fuerint vel colla reverſa;
Fercula quod nequeat, quamvis oblata, vorare;
Nullo nec tunc faucibus apparente tumore;
Proh dolor! hoc ſignum nimium læthale putatur:
Vertebra ſiuè locum mutat, ſeu muſculus intùs
Inflammatur; perniciem que oſtendit utrumque.
99 Si ſudor febribus, vel fluxus quilibet, alvi,
Vrinæ vè patet; fluxum, & natura diebus
Imparibus moueat, quibus & decernere rectè
Ipſa ſolet; morbum ſudor plerumquè reſolvit,
Et benè iudicat: eſtque dies non quilibet aptus
Ad fluxum; paribus contingens fortè diebus,
Indicat aut longum morbum, morbi vè regreſſum.
Si tamen erumpat *ſudor*, *qui frigidus* adſit;
Indicat iſte necem; fuerit ſi febris acuta;
Sed longum, dicet, miti cum febre, venire
Morbum, longo decoctis in tempore ſuccis.
Frigoris inſignis mutatio, ſiuè *caloris*;
Æther ubi rurſus friget, rurſus què caleſcit;
Vnus ei calor ex alio vel iungitur ortus;
Hoc, longum paritèr morbum plerumquè minari,
Dicimus; hoſtes & plures id corpus habere;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tempore quos etiam longo vix vincere poſsit.
Corpus & *a ſudore*, malum, *frigeſcere*, prodit:
Incæptum minime nec opus natura peregit.
In ſomnis ſudor multus ſine crimine morbi,
Vel ſine cauſa oculis Medici fortasè patenti,
Eveniens; eſcis oſtendit pluribus uti
Corpus; eius vero ſi non vtatur, habebis
Anè oculos promptum, corpus vacuare neceſsè.
Dicimus atque minus nocuum plerumque fuiſſe
Sudorem calidum, gelido, rationibus ante
Dictis: à multis ſuccis ſed uterque reſultat.
An ſudore tamen finiri denique morbum
Expectare queas, habitum perpendito carnis;
Rara cutis quià cauſa fuit; dum mollis habetur.
In morituris, mors tandem ſudore ſequetur:
E contra verò, ſi denſa, vel arida ſumme.
Adfuerit, cum materies tùnc humida deſsit.
Febris prava eſt ſi non intermiſſerit unquam;
Tertia cuique dies exiſtit fortis in æſtu;
Sed quocumque modo *intermiſſerit*, ipſa periclò
Sæpè vacat; tum ſi exquiſita ex bile fovetur;
Motibus & ſeptem finiri vidimus ipſam.
Continuas ſed ſigna febres comitantia ſæpe,
Præſenti potius properent tractanda libello.
Scire ſed expediet; quacumque remiſſerit hora
Febris, eàdem ſi tuerit ſic manè regreſſa;
A cauſa ſtabili, longa & producta manebit.
Nec leve iuditium fiet veniente *rigore*

Sex-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sexta luce; febris cum plus offenderit antè.
Sed ſi febre ſimul non defficiente moleſta,
Hic rigor invadat (fuerit cum debilis æger)
Morbi præ.lices ſignum læthale frequenter.
Accidit vt contra, robuſtis viribus eius;
Solvitur hoc potius morbus veniente rigore.
Surdaſter ratione febris, cum fluxibus alvi
Solvitur; aùt ex nare fluant ſi ſpontè cruores:
Infra humoribus evulſis claudentibus aures.
102 *Laſſa tamen ſi membra vides in tempore febris*,
Articulis abſceſſus expectare valemus,
Aùt circa maxillas; deſcendente ſed infrà
Humore, abſceſſus ſunt circiter inguina, & alas.
In febre correptis longa, tubercula paſsim
Articulis contingunt, fit que abſceſſus in ipſis,
Craſſa niſi veniens vrina, aut multa, iuvamen
Afferat; aut ex nare fluant fortaſſe cruores.
Dentibus annexi *lentores* ſæpe minantur
Inſignem febrem. Non defficiente ſed iſta,
ſi ſudor veniat, febris producitur indè;
Humìda materies quia tunc non pauca moleſtat.
Affligat ſi febre *ſitis*, fauces que calore
Adfuerint ſiccæ, *tuſsi veniente*, videmus
Sedari; quià manant humiditatibus ora.
103 Ex bubone febris ſi ſorte diaria fiat;
Hanc & quando cauſa etiam manifeſta laceſsit;
Indè nihil pravum creſcens febricula monſtrat.
At verò affligens, & multo tempore durans,

Pra-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Prava eſt: ex ſuccis quoniam ſtabulantibus illic
Manat; nilque bonum poteris reperire cloacis
Corporis, undè febris talis producta nociva eſt.
Æſtus circa ventriculum, vel morſus in extis
Fortis; ſiuè dolor, convulſio; ſivè timores
Insomnis; offendens & ſi ſpiritus urget;
Cuncta labores in febribus traxere minaces.
Liuida ſputa etiam febribus ſi, ſiuè *cruenta*,
Eijciantur; ſiuè nimis ſint *fœtida*, pravum.
Frigida tùm ſi externa cutis ſit; membra ſitire
Vel febribus videas interna, calore veluri;
Eſt læthale; velut ſi naſus, palpebra, labrum,
Siuè ſupercilium, fuerint ſi fortè reverſa;
Aut verſis oculis patitur ſtructura ſtrabiſmum:
Aut nihil audiat, aut videat, cum debile corpus
Iam fuerit: cerebri vè phrenitide maſſa laboret;
Æſtu vel grauiter thorax correptus anhelet;
Aut oculi madeant lachrymis non ſpontè fluenteis
Quidquid eorũ contigerit, mors proximà pulſat.
Aere ſuſcepto gelido ſtipante meatus
Corporis; interdùm calido, ceù ſolis ab æſtu;
Ocyùs indè febris contingit *Ephemeris* illic,
Solvitur & ſudore; modò putredinis abſint
Signa; vel inflammati alicuius viſceris intus;
Corporis hic tepidæ totius balnea proſſunt.
Quodque alio liceat vobis tractare libello.
Nec *quartana febris* defluxum ſuſtinet acris
Sanguinis, ægroti per nares ſorte ſolutum;

Non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non humor quoniam grauis in sublime subiret,
Naturam nimium nisi fortè lacessleret acris.
Ictericus, liber quamvis à flatibus adsit,
Si tamen ante dies septem iam bilis ad extra
Exierit; pravus morbus reputabitur iste:
Cum sua causa coqui breviori tempore nunquàm
Possit; nec rectè natura forinsecus antè
Decernit; sed opus benè mox plerumquè peregit;
Vt nono, sivè vndecimo, si expelleret ipsa,
Vel quarto decimo; rectè decernere dices;
Ni iecur obdurum manibus fortasse resistat.
Si iecur extensum grauiter cum murmure tangas,
Siuè lienem; lumborum veniente dolore;
Tunc equidem velocitèr humectabitur alvus;
Erumpant nisi flatus; sive vrina fluore,
Dissolvat causam, sit quamvis febris ibidem.
Crassa vrina tamen si febricitantibus adsit;
Pauca vel adveniat: vel si grumosa veniret:
Multa mox tenui veniente, iuvabitur æger.
Sed si sit turbata nimis cum mingitur ipsa,
Atque asinorum sit similis fortasse colori;
Ostendit capitis iam iam vel adesse dolorem;
Istum siuè citò capiti properare minacem.
Alba vrina etiám, si delirantibus ægris
Apparet, pravum; succos constanter adesse
Significat crudos: præstantes siuè colorem
Antè humoribus, in caput ascendisse malignos.
In fundo vasis si pus, vel squama notetur,

Aus

© 2007 Ministerio de Cultura

Aut ſi vrina gravi nares infeſtet odore;
Vlcera veſicæ, vel renum, ſanguine micto,
Significat. Multo ſed ſanguine ſpontè fluente;
Venam prædices ruptam de renibus eſſe.
Sic & in urina, ſi parva caruncula miſſa
Sit; videas vel ea, quaſi fila, venire capillos;
Hos à renibus excerni plerumque feramus:
(Fruſtra tamen carnis raro, & veniſſe notetis.)
In craſſa verò, veniat ſi furfuris inſtar
Contentum; ſcabiem veſicæ denotat intus.
Sed quando minimas exire videmus arenas,
Atque albas, illic durus tunc calculus urget.
108 *Fiſtula* ſi maneat, iam præcedente tumore
Forsàn in vrinæ patula cavitate canalis;
Illa ſuppreſſa, venient ratione timores;
Pus niſi de membri deſcendat parte virili,
Abſceſſu rupto; fiat que ſolutio morbi
Mictio tum pariter deſcendens plurima noctu.
Indicat infernam tore pauca excreta per alvum,
Intus & adverſa ſuccos ex parte retractos
109 Sedimen vrinæ fundo, quaſi *craſſa farina*
In febribus; longum morbum prædicit adeſſe;
A craſsis quoniam ſuccis producitur illud;
Qui velociter interimunt, vel tempore durant
Longo, hoc vt tenues fiant, vel fortè coquantur.
Sedimen è contrà tenue, atquè in parte ſuprema
Vrinæ exiſtens; morbum prædicit acutum:
A tenui ſucco quoniam deſcenderit illud.

Eſt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eſt & inæqualis; ſi ſit *divulſa*, timore
Plena, vrina; nimis turbari corpus, ab ipſa
Dicimus; hæc & ſi *bullæ* de flatibus ortæ,
Apparent; renales invaſiſſe labores,
Significat; longum morbum vel forte futurum.
Vrinæ pariter ſummo, ſi *pingue* notetur
Corpus (dummodo confertim deſcenderit illi)
Renales morbos; morbum vel dicit acutum;
A quorum deſcendit adeps liquefacta calore.
Non ita confertim fit, quando ex corpore toto
Hæc pinguedo venit: paulatim quippè veniret.
Infeſtus, morbus què minax, *convulſio*, vitæ
Præſenti nobis properat tractanda libello.
Vulnere correptus; vel ſi medicamine ſumpto
Nempè ſolutivo, nimium quo fluxerit alvus;
Aùt ſi ſingultus, fluxum poſt ſanguinis, ortus,
Ad veniat: fluxu tunc iſto redditur amens
Æger; vel moritur fluxu convulſus utroque.
Eſt equidem morbus ſuccis ex *pluribus ortus*;
Vel quibus apparet ſuccorum *corpus inane*.
Singultus veluti, qui moto ventre moleſtat,
Ex ipſis cauſis fuerit cum fortitan ortus.
Et licet hic morbus cunctis praviſsimus adſit;
Præcipuè ſenibus plus pernicioſus habetur.
Nec miror; ſenibus morbus cum quiſque minetur.
Æſtibus à nimijs *tetanum* veniſſe, malignum
Vidimus: ex aura fuerit, vel febre coortus;
Siccatis quoniam nervis reddetur inane

Cor-

© Ministerio de Cultura

Corpus. Quod paritèr vigili contingit in ægro,
Nervis ſiccatis; tetani prauiſsima cauſa,
Correpti ſed eo pereunt ſubeunte diebus
Quatuor;hos & ſi fugiant,exire videmus
A morbo: cauſam vires viciſſe fatemur.
Ebrius interdùm tacuit,mutus què repentè
Si fiat,moritur convulſus ſæpè diebus
Ijſdem: febre niſi mox apparente, iuvetur,
Et redeat ratio,vocem que recuperet hora,
Qua, quæ cruda fuit,conſueſcit crapula ſolvi.
112 Infeſto quoties thorax pleuritide morbo
Corripitur, ſi pectus non purgetur abundè
Hebdomada duplici (fieri quod ſæpè videmus)
Morbus ubi fuerat, mox *ſuppuratio* fiet;
Ocius atque inter tunicas effuſio puris.
Pure ſed abſterſo,numero,fortaſsè dierum
Quadraginta, ægrotos evaſiſſe notamus,
His verò tranſactis, ſi permanſerit illic
Copia puris adhuc, morietur tabe ſubactus.
Sicut ab angina,quamvis evaſerit æger;
In pulmonem materies ſi denique currat;
In ſeptem contingit ſæpè perire diebus;
Hos vel ſi fugiat, mox ſuppuratus abibit.
113 Tuſsi præcedente,*fluat ſi ſanguis ad ora*
Spumoſus: ſputum tunc de pulmone venire,
Dicimus. Eiuſdem ſed ſi poſt vulnera,puris
Inſoliti ſputum videas, cum tabe ſequetur
Pthiſis;& accedet macies mox corporis indè.

Illud

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Illud & eiectum sputum carbonibus ustis,
Si fœtere notes, infrà & subsidere aquosis,
Siuè comas capitis paulatim fortè cadentes,
(Fluxibus intereà maciem comitantibus alvi;)
Proxima mors miseris, vitæ seu meta propinquat;
Præsertim si sit sputum thorace retentum,
Vndè nihil puris penitus descendere dicas.
Est tamen & morbo prædicto terminus, anno,
Post decimum quintum quando sint lustra peracta
Quatuor: est calor indè minor, perijt què iuvétus.
114 *Laxamur calidis*, horum què frequenter abusu,
Fœmineis nostri redduntur moribus artus;
Mentis torpor adest, nervi tenuantur, & indè
Sanguinis interdum fluxus, cui cordis adhæret
Deliquium; citiùs quæ morte soluta videmus.
Frigida, convulsos pariunt, tetanos que frequenter;
Carnis livores etiam, febrium que rigores;
Ossibus atque inimica nimis: sunt deniquè prava
Dentibus, & nervis, spinali siuè medullæ,
Tum cerebro; mordent etiam, tum livida reddunt
Vlcera: producto que, cutem, fortassè dolore,
Obdurant. *Glacies* offendit pectus, & indè
Tussis ipsa mouet, fluxus & sanguinis, atque
Ex capite interdùm descendit stilla liquorum,
A quibus & pulmo, inferiora & membra replétur.
115 Frigida membra nimis cura subeunte calore;
Non verò qua parte fluit, si sanguinis illic
Contingat fluxus; per eam vel fortè timemus

Flu-

© 2007 Ministerio de Cultura

Fluxurum: gelidis potius tunc circiter ipſam
Appoſitis ſuccurre; vt quando incendia carnis
Sunt: ſacer aut etiam pèr eam deſcenderit ignis
Eriſypelas: hoc, & non inveneris ulcus;
Floridus aut ſanguis nupèr pervenerit illic:
Frigida tunc proſſunt extrà, fluxus que repellũt,
Nigritiem veteri ſed dant admota cruori.
116 *Commoda multa etiam dat nobis frigus*; id vnit
Noſtrum ſæpè calorem; viſceribus que recondi
Cogit eum: validus que tamèn calor eſſe tenetur,
Frigoris vt vires fortaſſe reſiſtere poſsit;
Intus certanti nè ſuffocetur ab hoſte.
Articulis infuſa levavit lympha tumores;
Vt iuvene expertum carnoſo vidimus olim
Deſuper effuſa lympha, convulſa redire
Membra; calore vigebat quando fortitèr æſtas:
(Per ſe quamvis hæc, dicas, feciſſe calorem.
Illud & inſignes ſolatur ſæpè dolores,
Vlcere & à fædo vacuas quandoque podagras,
Et ſenſus hebetans ſedat torpore dolores;
Inſignes cohibet ſuccorum deniquè fluxus.
117 *Suppurat calor humores*, ipſis que iuvamen
Affert. Vlceribus putridis ſed fortè nocebit:
(Fluxio præcipuè ſi ipſis conſtanter adheret)
Emollit que cutem, tenuat, ſedat que dolorem
Frigore productum; tetanos, febris que rigores
Mitigat; atque caput ſolvit gravitate moleſtum;
Oſsis fracturis confert; nudis que levamen

Attu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Attulit: vlceribus capitis: cui dicitur Herpes;
Corporis & sedi, vesicæ, tum que pudendis;
Fœmineis que vteris prodest; queis frigora lædũt.
118 *Suffitus muliebria ducit aromatis, atquè*
Vtilis esse solet, capitis nisi sæpè gravamen
Afferret; per membra calore suprema petente.
Ex vtero morbi adsiunt, si consueta salute,
Menstrua defficiant Largè que fluentibus istis,
Contingunt morbi; sed non contingere, rere,
Ex vtero: possiunt que alijs ex partibus esse.
Sed si contingat *Matricis fluxus abundans;*
Ex fluxu verò convulsio fœda sequatur;
Vel si deliquium morbum comitetur adorsum:
Spes languet, secũ què trahit plerumque timores.
Dum vero expediat fluxum cessare; vel arte
Tu menses cohibere velis, apponito mammis
Magnam sæpè cucurbitulam; finis que sequetur.
119 *Sanguinis at vomitus* sanatur, sanguine mensis
Erumpente; licet mensis deflectus in ipsis,
Supletur fluxu nimio de naribus orto.
Ex vtero sed si *sanguis iam decolor* exit,
Nec per idem tempus soleat sortasse venire
Circuitu consueto, est tunc purgare necessè;
Vel tenui victu crassos tenuabimus eius
Humores. Vtero sed qui peccaverit humor,
Profluvium dicet pannis perpende colorem.
120 Cui mala contingunt vterina, molesta frequẽter;
Difficilis vel partus; *sternutare* iuvabit:

Ex-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Expultrix quoniam cerebri ſtimulata mouetur,
Et flatum, quidquid vel ei infeſtauerit acre,
Pellere per motum, concuſſo corpore, tentat.
Hoc quoquè proficiet ſi vis exire ſecundas
Ex vtero: digitis ſi vè eius comprime nares.
Proficit atquè nimis quandò ſingultus aleſcit,
Pluribus à ſuccis, ventris ſtabulantibus ore.
121 Si mulier, neque ventre gerat, nec noveris ipſam
Aut nuper peperiſſe; tamen cum *lacte referta*
Vbera monitrantur; menſes fugiſſe putabis.
Eius collectus pariter ſed in ybere, ſanguis,
Si non tranſmutetur ibi, ſed corpore abundat;
In caput elatus fuerit ſi forſitàn ipſe,
Indè citò poteris tunc expectare furorem.
122 At tibi cum fuerit Medico cognoſcere gratum,
Vtrùm ſi mulier fœtum conceperit alvo;
Huic dormituræ mulſam, ratione, bibendam
Dona; & ſi mulier patiatur tormina ventris
Mox; vtero poteris tunc concepiſſe fateri;
E contrà dicas, ventris ſi tormina deſint.
At quando liceat nobis dubitare quod vxor
Conceptura ſit; inferior ſuffitus ad ora
Matricis poſitus, diſſolvet fortè timorem.
Ipſa quidem ſedeat, rectè circumdata pannis;
Ora, vel ad nares, & ſi ſuffitus odorem
Præſtet; non ex ſe ſterilem dicemus adeſſe.
Menſibus at verò, ſi deficientibus, ultrò
Vxorem videas quoque faſtidire ciborum

Vium

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vſum;mox que ſequi non videris indè rigorem,
Totius ingentem nec ei contingere febrem:
Nuper eam potius tunc concepiſſe fatere.
123 Quot que modis *mulier ſterilis* dicatur, habeto:
Frigida dum matrix,nimium vel denſa,recepit
Semen, quod nequit in ſinibus ſub ventre fouere:
Humida ſive expellit (adeſt quia lubrica)ſemen,
Nec retinere valet; fuerit vel ſicca profundè;
Præſtanti vè calore vterino prædita conſtet;
Omnibus his tandèm rarò genitura vigeſcit;
Fœtibus & quia deficiunt alimenta neceſsè,
Ventris ubi datur exceſsus quicumque moleſtus.
Temperie media ſ œtus ſervatur in alvo;
Hanc ipſam matrix etiam fœcunda reſervet,
Fœcundum q̃ mares, paritèr tum fæmina, mittant
Interius ſemen; ſervetur & indè duobus
Debita temperies,& tunc genitura valebit.
Concepit quæ ventre marem; plerumque colores
Detinet ipſa bonos: aliter ſi fœtus in alvo
Adſit fæmineus,pravo tunc ipſa colore
Fæmina conſtabit, quia frigidiora recepit
Semina;fæmineis gignendis fœtibus apta.
124 *Craſſa nimis mulier* nequaquam concipit alvo;
Os vteri quoniam compreſſum luget omento:
Vndè,niſi tenuata prius ſit forſitàn vxor,
Concipiet;ſterilis potius (dum craſſa)manebit:
Comprimitur gravidæ quia naturaliter alvus:
Nec duplici cauſa poterit compreſſa ſubire.

(c) 2009 Ministerio de Cultura

Os vteri per naturam *cum molle notetur*;
(Vt gravidis etiam pariter reperire licebit:)
Si durum pateat; compreſſum nempè tumore,
Vel ſcirrho, fieri dices, vbicumquè pateſcat.
125 Debilior maribus mulier ratione creatur;
Ambabus quarè manibus ſic fœmina rarò
Vtitur vt dextris; à debilitate ſubacta
Nervorum (manibus potius fulgente ſiniſtris)
Cogitur àd lateris vires occurrere dextri.
Iſta viris ratio, nervorum robore, ceſſat;
Quare *ambidextri* plures ſunt orbe reperti.
Fœmina frigidior maribus plerumque notatur;
Vt tibi rara cutis dicit; monſtrant que capilli:
Frigore plus ideo patitur, correpta rigore
Senſibili febrium; dorſum què frequenter adorſus
Incipit indè rigor, reliquis quia partibus, illud
Frigora plus perſentit, & anterioribus extat
Frigidius: de partibus anterioribus ecce
In febribus rarò, dicti incæpere rigores.
Illas cum videamus fæpè caleſcere partes.
At *rigor ex nimio potu* quandoque ſecutus,
(Sivè meri, ſivè ex alijs, fortaſſe cerebro
Potibus infeſtis) pravus cenſetur vbique;
Deterior que nimis nèc non cenſebitur, ægri,
Mox ab eo, ſi deſipientia fortè ſequatur.
126 Recto inteſtino flammam patiente caloris,
Aut vtero; vel pure etiam ſub rene latente,
Vrinæ ſequitur ſtillatim meiere guttas:

(Pecu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(Poculà sed vini stillatim mingere solum
Cura, & interioris venæ sectio solvit:)
Sanat enim vinum, fuerint si causa laboris
Succi acres, aliquis vel abundans frigidus humor;
Sectio sed venæ, damnum comitante dolore,
Adiuvat; aut febris fortasse calore secuto.

127 *A iecoris verò flamma singultus obortus;*
(Sæpius hoc damnum bile inflammante sequetur)
Morbum sæpè malum nec non censebimus esse,
Indicat & iecoris multum creuisse tumorem.
At si post vomitum veniat singultus, & indè
Apparet nimium facies incensa rubore;
Ventris ab ore inflammato contingere noxam
Dicimus; hinc què caput damnũ traxisse putamus.
Bilis & à flamma (quacumque in parte molestet)
Suppuratio facta, vel hinc putredo secuta;
Celari, dices, penitus sub more maligno.

128 *Lac benè concoctum nutrit*, succos que creabit
Laude nimis dignos, sed si non ventre coquatur
Rectè, corruptum vadit, sivè intus acescit:
Dum verò coquitur, tunicas extollit, & exta;
Infestat què caput, torquetque dolore frequenter.
Hoc ideò, dolor undè caput fortasse molestet;
Adsit vel febris pulsu constanter acuta;
Exta vel assiduo moueantur murmure flatus;
Siuè molesta sitis fuerit; vel multa per alvum
In febribus flavæ pateat vacuatio bilis;
Sanguinis aut nimius fluxus præcesserit amici;

© 2007 Ministerio de Cultura

Omnibus his pravè lactis donabitur hauſtus.
Proficit exhibitum miſeris, qui tabe laborant,
Conſumptis que nimis, longis & febribus, atque
Parvis, ſigna ubi fuerint quæ diximus antè.
129 *Eſſe bonos, dices, molles plerumque tumores,*
Vt pravos, duros; manibus qui fortè reſiſtunt
Tangentis, crudam cauſam quia credimus eſſe;
Ad ſe concoqueret nàm ſi natura fluentes
Humores, molles paulatim redderet ipſa.
Sed licèt apparens quacumque in parte, moleſtus
Sit; converti ex internis *ad membra tumores*
Exteriora, tibi conſtet laudabile ſemper.
Ex externis ſicut ad interiora reverſos,
Suſpicor eſſe malos, morbus quia vertitur intra:
Externas veluti partes ſubeunte tumore,
Adiuvat angina, exit quippe forinſecus humor.
130 Poſſumus *occultos* nunquam curare tumores
(Seu *cancros* dicas) qui internis partibus hærent,
Interimes potius; nam plus durare videmus
Oblitos: manibus ſolum mulcentibus illos,
Noſtra iuvare refert, nè plus reddamus acerbos.
Externos verò quando radicitus ipſos
Extirpare queas (vel ſi ſint ulcere) tenta,
Et reſecare agito, vel ibi medicamina pone.
131 *Vlceribus* pravis, nec non in vulnere tali,
Eſſe bonum dices, his *apparere tumorem*;
Sed ſi non apparet, ſæpè laboribus urgent
Vlcera, & interius cauſam remanere putamus.

Sed

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sed si apparuerit, subitò que reconditus absit,
Atque evanescat, magnus timor indè resurget:
Digna quod hinc possit succus per membra subire:
Posteriora petit, si à tergo membra molestat,
Humor ubi fixus tetanos inducit acerbos:
Sed si membris ulcus in anterioribus antè
Extitit, indè tumor fugiens petit organa sensus
Anteriora; nimis turbat, vel redditur amens
Æger; quippè tumor servato tramite lædit.
Vt paritèr tunicas ulcus thoràcis adorsum;
Hinc tumor effugiens lateris plerumquè dolores
Gignit: sed si fertur ad intestina, molestos
Sanguinis effluxus, pariter translatus, inibit.

132 Ex qua parte sit educendus forsitan humor,
Discito; tùm quæ vena prius tibi secta iuvabit.
Postulat affixus deduci in partibus humor
Ex ipsis, fieri si possit, & indè iuvantur,
Humores averte tamen per membra fluentes;
Elatos que suprà, disces revocare deorsum;
Vel contra. In dextram, succos de parte sinistra.
Parte ideò capitis sic posteriore dolente,
Vena incisa nimis prodest in fronte frequenter.

133 *Lanis ubi venter crudas delecerit escas,*
Vt tales sint, quales ipse voraverit antè;
Hinc acidus ructus, qui non præcesserit antè,
Ipse superueniens, afflicto, signa salutis;
Affert ventriculo, cui fercula cruda supersunt;
Quippè coqui demonstrat eo natura, recepta.

© 2007 Ministerio de Cultura

Humidulis naturis, humiditate laborant
Nares (ſemen & humidius genitalia gignunt)
Qua propter capitis capiuntur fluxibus ipſæ;
Inferius ſtillatim deſcendente liquore,
Vt ſubiecta nimis patiantur membra cerebro.
Deniquè nec poſſunt ſanam traducere vitam,
Sic hydrops in eis limpharum murmure monſtrat;
Vlceribus quorum rarò eſt inducta cicatrix.
Temperies ideo dicetur ſicca, ſalubris;
Excrementa minus quoniam tũc carnibus adſiunt.
134 *Vlcera prava* quidem nos dicimus eſſe *vetuſta*;
Et ſubiecta ſibi communitèr oſſa, neceſsè
Offendunt, inducta nec eſt ſecura cicatrix;
Quæ nequè ſanabis, fuerint niſi rurſus aperta.
Oſſa ideò nudata, priùs candente cremari
Debetis ferro, carieque ex oſſe cadente,
Taliter vt poſsis admiſſas pellere ſquàmmas:
Vana que non fiet mox per te inducta cicatrix:
At ſi nudis oſsibus, *inflammatio in ulcus*
Deſcendat; prauè non ſi prædixeris, erras.
Tunc equidem natura ſagax conatur in hoſtes,
Viribus atquè ſuis conſtanter pellere tentat;
Vicinus que fluit ſanguis; currente ſed iſto,
(Vt natura ſuis iuvet auxiliaribus armis)
Indè arteria pulſat; ibi quia ſanguis abundat;
Atquè calore ſuo partem candeſcere cogit;
Si tamen indè *fluor*, *nimio de ſanguine* moto,
Accidat; vlceribus damnum prædicimus illis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Circumglabra etiam, circum deserta capillis,
Vlcera, prava quidem, quoniam descenderit acris
Humor, ibique comas circum populatur, & urit.
135 *Pectoris, aut lateris*, fuerint ubicumque *dolores*,
Alterius vel partis; eis perpendite quantum
Distet ab extremis æger sub more salutis;
Vt sic fias auxiliorum denique compos:
Quippè dolor lateris (si sit clavicula læsa)
Aufertur potius venarum sanguine missò.
In ventrem verò si signum fecerit humor,
Protinus ægrotis purgantia pharmaca dona,
(Nec quicumque dolor, si sit fortasse profundus,
Aufertur leviter, tunicas si subter habetur;
Demitur vt levius per membra externa locatus.)
Nec facilè *eructans acidum* vexabitur illo:
Cruda nimis quoniam, morbis ex bile, resistunt.
A lateris morbo, pulmonis fortè secuta
Inflammatio: mox siuè ex pulmone, phrenitis
Adveniat, morbum generat plerumque malignũ.
136 Si *dolor ex dorso ad cubitum* descenderit unquã;
Ad cubitum vel descendat, qui fluxerit antè
In dorsum sanguis; cubiti tunc sanguine misso
Solvitur (vt succos, quò repunt, ducere discas
Sæpè per opportuna loca) & si flatus ibidem
Translatus fuerit simul, hunc dissolvere cura
Vndè *dolor capitis vehemens* præcesserit, indè
Sanguinis effluxus, puris, ductus vel aquarum
Descendens per nares, siue per ora, vel aures;

Dis-

© 2007 Ministerio de Cultura

Diſſolvit morbum, quia cauſa forinſecus exit.
In caput àt ſani ſubitò ſubeunte dolore;
Si mox, correptus, muteſcat, ſtertat & ultrò;
Aſſolet in ſeptem plerumquè perire diebus;
Amodò febre niſi fuerit veniente ſolutus:
Ex humore quidem; non eſt à flatibus, ortus
Ille dolor, cum ſomnifer, aut apoplecticus adſit.
137 *Fixum multoties oculis* curare ſolemus
Exhibito vini potu, fotuque, *dolorem*,
Dulcis aquæ tepidæ: vel venæ ſanguine miſſo;
Dum dolor aſsiduus ſub pleno corpore torquet.
Alvi profluvium prodeſt cum *lippa fatigat*:
Interius natura ſuccos ſpontè movente;
Vt diſcant Medici, deceat quo tempore fluxus.
138 Attamen à flatu iecoris, veniente dolore,
Iſte apparet, febre ſuperveniente, ſolutus,
Fotibus aut calidis plerumque reſolvitur ipſe:
Volvulus vt pariter craſsis humoribus ortus;
Et veſica ſimul ſtillatim mingere paſſa;
Sæpè etiam cum febre ſuperveniente, iuvantur:
Præcipuè ſi vrina nimis defluxerit indè;
Ex vna morbus cauſa procedit uterqne.
Conuulſos fieri prohibet quartana perennis,
Si præcedat: diſſolvit, ſi fortè ſequatur;
A craſsis quoniam, lentis que humoribus orta,
Ipſos ſiuè rigore quatit, ſeu concoquit æſtu.
139 Ille, melãcholicos, ſanguis, morbumq̃ nephritim,
Diſſolvit per venas ani ſpontè ſolutus;

Sicut

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sicut & à Medici quando deducitur arte.
(Insanos veluti sanat; ceù crûribus orta,
Quæ varix ibidem succis glomeratur ab atris)
Illuc excrementa iccur de more reponit:
Quas si fortè velis cohibere, fluentibus illis,
Ex ipsis vnam semper servabis apertam
Venam, ne iecur à genito mox sanguine mûlto
Suffocetur (vt externa plerumque lucerna
Accidit: ex multis lignis extinguitur ignis)
Vel tabes, vel hydrops oriatur, sæpè calore
Indè minuto; ad pulmones vel sanguine verso.
Cum que *melancholicos* videas, mæstos vè timore;
Si sinè causa sic perdurent tempore longo:
Ex atro fieri morbum tunc sanguine, dices:
Et si multoties, quando præcesserit iræ
Causa patens, hac, mæstos, insanire videmus.
140 *Pustula* nonnunquam fecit sublimis acumen:
Lata etiam quandoque patet; sed prima calore
Maiori constat; constat que secunda minori;
Acribus à succis, quæ constat acumine, fiet,
A succo veluti fit frigidiore, secunda.
In latis ideò raro pruritus habetur,
A solet vt reliquis, quando supereminet humor.
141 *Iliacus*, quotics morbus sub morte minatur!
Desuper eiectum fuerit cum stercus ab ore:
Cui si singultus, vomitus que advenerit ultrò;
Indè vel ægrotus subitò tunc redditur amens,
Convulsis rigidus patitur vel denique nervis:

Cun-

© 2007 Ministerio de Cultura

Cuncta fuere quidem morbo praviſsima ſigna.
Afflicto *ventri*, *longo* fortaſsè *dolore*,
Siuè diuturno; tunc ſuppurare neceſsè
Naturam, ſequitur; fuſo que in viſcere pure,
Indè malum dices, mortem vel ſæpè ſecutam.
142 O iecoris quotiès humore replentur aquoſo,
Veſicæ parvæ! quæ ſi rumpantur, & alvum
Semotus penetret ſuccus, vel rumpat omentum
Acris, & in ventrem ducatur forſitàn humor;
Hæc toties ægris mortis fit cauſa tremendæ.
In ventrem verò, de venis, fluxus aquarum,
Hydropis in morbo, cecidit ſi ſpontè per exta,
Solvit. Item fluxus vehemens, ſi venerit, alvi.
Non ita correptis, prodeſt, pleuritide, fluxus,
(Sit licet, in morbo raptis quandoque minori,
Vtilis; hic ſi à ſuccis infeſtantibus exta
Contingat, nequè ſit victus ratione moleſtus)
Tuſsis & hydropicis, ſi mox advenerit, indè
Fortè malum timeas, ſuccos que aſcendere ſupra.
143 Suſceptum *vulnus* dicendis partibus, adſit
Cum læthale nimis, pudeat nec dicere, qualeis.
Vt ſi *exilibus inteſtinis* vulnus apertum
Sit, vel *veſica*, *cerebro*, vel *corde*, vel *extis*;
Ventriculus ſit, ſive iecur: cum vulnere mortem
Sæpius induxit gladius ſub acumine diram.
Oſſa tamen diſciſſa, licet coaleſcere nunquam
Poſsint; multotiès callo, quaſi glutine, adhærent.
Sic paritèr *nervus*, vel *cartilago*, *genarum*

Pars

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pars tenuis, membri que virilis tegmina, ſiuè
Quæ *præputia* dicis; *ſpermatica* neque partes:
Hæc non poſſunt membra ad priſtina vota redire,
Sciſſa ſemel: poſſunt rursùs nec ſecta vigere.
144 Vritur hydropicus; vel ſuppuratus, apertus
Eſt aliquandò; ſemèl ſed aquam deducere cunctã;
Omne vel extractum fuerit pus denique cunctim:
Extenuati ſæpè, refractis viribus ægri,
Defficiunt animo, vitam vel morte reſolvunt.
Craſsities puris renuit qua parte locetur,
Dicere: ſiuè cutis paritèr, dum craſſa ſuperſtat;
Cælat quidquid ei ſubtùs, moli que ſubadſit.
Abſceſſu rupto, ſi *pus fortaſsè cruentum*
Exierit; veniat pravis vel fæcibus hæſſum;
Naribus infeſto nimium vel conſtet odore;
Indè malum, mortem que ſequi, ratione timemus.
Abſceſſum paritèr iecoris ſi ruperis, atque
Hinc videas puris tunc (qualis amurca) fluorem
Educi; ſignum poteris prædicere pravum.
Pus verò ſi læve parùm, tum fluxerit album,
Atquè æquale, bonum (quacumq; ex parte ſecetur)
Ex tunicis iecoris, dices, non carne, venire,
145 *Calvities eſt Eunuchis* adverſa frequenter,
Et turpi podagrà nunquàm ſua membra laborant;
(Contigerit niſi multorum ratione ciborum)
Nec *mulier podagram patitur*, ni ſanguis aberret
Menſtruus: evadet verò cum fluxerit iſte.
Sic paritèr pueri, Veneris dum defficit uſus.

At

© 2007 Ministerio de Cultura

At ſemel ad miſſam vidi plerumque podagram
Quadraginta finiri quamcumque diebus:
Terminus iſte ſatis craſsis remanentibus adſit
Succis, ſedata vt flamma, ſolvantur abunde:
Ocius àt tenues vidi vaneſcere ſemper;
Et quamvis morbus generari tempore in omni
Hîc valet, Autumno potiùs, vel vere, movetur.
146 Fluxibus interdùm, ſanus fit *ſplenicus*, alvi;
Lævia ni morbum mox inteſtina ſequantur.
Mox vel hydrops, iecoris fortaſsè calore minuto;
Sed ſi contigerit, ſucci, cecidiſſe capillos
Mordacis ratione, ſupervenientibus illinc
Varicibus, ſuccis & deſcendentibus infra,
Siuè comæ redeunt, caſus vel ceſſat earum.
147 Ex tuſsi cum venerit, aut ex aſthmate, *gibba*;
Ante dies pubis vitam ſub morte locabit:
Anguſto quoniam premitur thorace neceſsè
Pulmo; vel indè nimis conſtanter gibber anhelat.
Morbus ſi cerebrum veluti *gangræna* vocatus,
Corripit; à nimium putridis humoribus ortus
Iſte, tribus vitam finit plerumquè diebus:
Quos ſi evaſerit, ad vitam tunc poſſe redire
Credimus, & naturam poſſe reſiſtere cauſæ.
148 *Vulneratum capitis*, vel ſi præceſſerit ictus:
Inſequitur vomitus bilis, patiente ſuprema
Ventriculi tunica, quia deſcendentibus illic
Nervis, compatitur, cui reſpondere tenetur.
Sanguine ſed miſſo à vicinis partibus, indè

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Impletur cerebrum, fluxu que caleſcit eodem,
Mox què febris ſequitur vulnus; quandoq̃ vel ictū,
Caſibus his ideò ſi delirare videmus;
Inferiora vel ex ictu ſtupefacta notantur
Membra, vel ora ſtatim concuſſo, muta, cerebro,
Apparent; quia compreſsi violenter ab ictu
Sunt nervi, indè malum non prædixiſſe pudebit.
Eſt que malum fiant ſi *febre ardente tremores*;
(Nec minus interdùm patitur læthargicus illis)
Vidimus ægrotos quia delirare frequenter;
In nervos humore illo ſubeunte nocivo.
Ob varias cauſas patitur, qui *vertitur amens*;
Induitur quarè diverſo ſæpè periclo.
Qui riſu furioſus adeſt; de ſanguinis atri
Fæce venit læſus, damno ſed fortè minori.
Exatra ſed bile tamèn, *temerarius amens*
Efficitur; ſed ei mortis timor imminet ingens:
Inter utrumque ſedet, ſtudio qui mente laborat,
Ex humore melancholico correptus aduſto:
Et fortis conturbat ſæpè *Mania* cerebrum
Incidit iſte tamen per multa pericula, morbos;
Convulſos veluti nervos; per membra ſtupores;
Caligat que oculis, ipſis vel cæcus aberrat;
Vel capite invaſo vidi pèperiſſe furores.
Vidimus ad priſcam quandoque redire ſalutem:
Ipſis præcipuè fluxus ſi advenerit alvi,
Siuè hydrops: hæc nobis ſigna dedere ſalutis,
A ſuccis tunc craſsis deſcendentibus infra.
Vulnus ad vſquè cavum cerebri, ſi duxerit enſis;

Iudè

Ministerio de Cultura

Inde ſecuta caput nimium dementia lædit;
Concuſſo vero cerebro violenter ab ictu,
Aut caſu, ægrotus mutus ſiné voce iacebit.
Vulneris accepti ratione, forinſecus exit
Pars adipata nimis (ſeù dicas *ventris omentum*)
Ipſa calore iuvans, ventrem que fovere coacta:
Hæc ſi prodierit, quamvis ſit tempore curto,
Mox licet interius redeat, converſa putreſcit
Protinùs, vt melius ſit, eam reſecare, medenti.
151 Coxa diuturno *coxendicis acta dolore*;
Si luxata patet, propria cavitate receſſa;
Hæc madefacta, ſtatim lento mucore repletur;
Tabeſcit que caro; crurum que ligamine laxo,
Claudicat ægrotus; nec ei medicamina proſſunt,
Si non vratur: conſtrictis carnibus igne,
Mucor abeſt, & robore mox ſiccatur adepto.
152 *Anxius* aſsiduo motu, lecto que manere
Non valet ægrotus: ſuccus quia ventris in ore
Infeſtat, ſocius que vaporibus oſcitat, eius
Seu rigor exiguus, velut horror, membra fatigat;
Corpore concuſſo quoniam vult pellere motu
Expultrix hoſtem. Cunctos medeamur & iſtos,
Siuè mero puro (fuerit cum frigida cauſa)
Siuè meri potu, medium ſi fiat, aquoſi;
Acris cum ſit cauſa, ſuo que calore nociva.
153 *Corporis extremis frigus ſi partibus adſit*;
Dum morbos ægri, aut febres patiuntur acutas;
Eſſe malum, dices; externum flamma calorem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Advocat interius, remanent deserta sed extra
Membra: & frigiditas extremis, ventre dolente,
Prava putatur: contrahitur natura dolore;
Siuè calor nativus suffocabitur illic.
Sic paritèr cum dormierit, si inspexeris *album*,
Commissis oculis, infra fortasse patere,
(Profluvium nimium nec tunc præcesserit alvi)
Esse malum pigeat nec tunc prædicere signum
Osse putri patiente, caro si livida circum
Apparet; minimè præstabit signa salutis:
Frigoris effectu, nativi sivè caloris
Extincti causa, hæc oritur gangræna frequenter.
154 Discere signa tàmen cunctis læthalia morbis
Expedit, vt valeas ipsis prognostica ferre.
Terminus accedit vitæ, seù meta propinquat,
Testis si dexter sentitur frigidus, atque
Contrahitur, cum convulsus læthaliter adsit.
Frigus in extremis, manibus q̃ nigerrimus unguis;
Atque pedes etiam, gelidi si forsitan vnà,
Dimissi què thoro fuerint: tum livida labra,
Frigida, seu resoluta nimis, vel denique versa,
Aures perspicuæ, gelidæ, paritèr que retractæ,
Harum sordities dulcis, dolor atquè molestus:
Tempora tum vultus nec non collapsa patescant,
Arida siuè cutis frontis, vel nasus acutus,
Pallidus atque color, vivum qua si fortè cadaver
Esset: mors hominis pulsat iam proxima portas.
155 O vtinam cunctis posset medicina salubre

Vel

© Ministerio de Cultura

Vel dare præſidium morbis, ſaltim vè levamen.
Sanat ferrum, quos nequeũt medicamina, morbos;
Quos verò non ſanant ferra, medebimur igne;
Igne tamen morbus qui non curatus habetur,
Deſperatus erit, ſeù incurabilis eſto;
Ægrotus niſi Diuinas invaſerit Aras,
Quæis ego iàm pronus, flexa & cervice, recurro
Gratis, præſenti poſito quoquè fine libello.
Æterno primum ſi laus prolata Parenti
A nobis fuerit, Genitoque æqualiter almo
Spiritui Sancto quoque procedenti ab utroque:
Virgo iubet Genitrix, noſtris non laudibus orba,
Vnanimes conceptam quam ſine vulnere culpæ
Ore quidem pleno eius ſpontè fatemur alumni:
Cuncta quibus voveo, calamo, tum corde ſubactis.

LAVS DEO O. M.

ADDI-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ADDITAMENTVM

IN QVO CONTINENTVR aliqua Opuſcula olim in lucem edita per Eximium Doct. D. Eduardum Nuñez Acoſta patrem meum, in cuius obſequium, mihi, ne à memoria deleantur, rurſus ad prælum mandari placuit.

Quæſtio de inſomnijs, in florentiſsimo Salmanticæ Muſæo, pro Authoris Bachalaureatus gradu obtinendo facta, & repetita.

POEMA HEXAMETRON.

SOlvo metum, ſed adhuc metuẽs, tenet ima pudore
Plena timor, timidus gradior, ſi ſolvere cœptum
Ingredior, cupio regredi, ſi fortè repugno,
Pugnat, & vrget opus. Præſes clariſsime, fulgor
Artis Apollineæ, lumen quo cætera lucent
Lumina, quo mentis terra caligine merſæ
Languor abeſt, quo ſi his poſſet remeare vetuſtas
Temporibus, iam preſſa foret, iam victa iaceret,
Te duce Apollineas arces, & ſacra ſubire
Mænia tentabo, ſumam de Palladis arce

Pala-

© 2007 Ministerio de Cultura

Paladion ſophiæ, quod mens obtuſa negabat
Dum fragiles vires tantos potuiſſet in hoſtes.
Si tam dira phalanx contraria tela retorquet
In fragilem clipeum, ſi vellem fortè tenellum
Dillacerare duces, vel ſi iaculentur in unum,
Vincere quis poterit? quis ſe iactabit ouantem,
Sine reſiſtentem? nullus ſine numine tanto:
Nemo adamantæis adamantina pectora telis
Offeret intrepidus, nemo iam fortibus haſtis
Expoſitus fieret, ſi te rectore careret.
De me (vera quidem fateor) nec poſſe putarem
Vel iaculum ſpectare prius, ſi ſolus abeſſes.
Semper enim pro ſorte metus tutela paratur.
Patres, Doctores, cultus venerande, Magiſtri
Conſpicui, quibus aſtra nitēt, queis terra refulget;
Relligione Patres, & vos pietate ſupremi,
Vos virtute duces, quos omnes tanta Minervæ
Pignora diteſcunt, vt iam polluta vetuſtas
Inuidia ſileat, priſcorum fama recedat
Victa, & adhuc meritis ſi æquaſſent vota, ſupremas
Cæſaries laurina foret redimita corona.
Et cætus celebris non ullis inuidus annis
Nulla dote carens, nullo non dignus honore,
Concilio rectus, ſola ratione ſubactus,
Virtutum cuſtos, cuius me ſemper haberem
Indignum comitem, dum talia facta negarem
Eſſe iuventutis, quæ ſi præuiſa fuiſſent
Et colerent priſci, & debent venerare futuri.

Sol-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Solvo metum metuens (inquam) tenet ima pudore
Plena timor, timidus gradior, si solvere cæptum
Ingredior, cupio regredi, si forte repugno
Pugnat, & vrget opus, vellem revocare priores
Voce gradus, vellem nullam misisse loquellam,
Vellem incæpta sequi, vellem vel pressus ab esse,
Si deflecto pudet, tædet si verba sequuta
Prosequor, hinc video quæ fortia tela minantur,
Illic instat honos, dubito qua bella recusem,
Qua possim vitare malum, qua parte resistet
Imbellis tyro, tremulis concussa carina
Fluctibus, ista timet ventos, timet ille cruenta
Tela cruentatus media iaculanda palestra.
Miles ad arma vocor, capiens subeunda pericla
Si non intrepidus, magnis tamen excitus ausis.
Castra lego, per tela ruo, magis ardet in arma
Pectus, & in venis cruor effervescit amore
Vindictæ turgens, cupio libare cruoris
Adversi pateram, tandem que paratus vtrique
Vel sit amore necem, vel sit contemnere vitam,
Hostibus incumbo nullo præterritus hoste.
Quid tamen hinc capio? quid mens exposcit ab armis?
Cur opifex Martis fierem, dum Palladis essem?
Miles ergo? cui bella gero? quem fortè putarem
Adversum? dicam ne hostem, quem dico Magistrũ?
Deliraſſe puto, vellem revocasse loquellæ
Circuitus primos. Facit omnem lingua reatum.
Quam raros nossem stolidos si lingua taceret.

© 2007 Ministerio de Cultura

Ergo non miles: ſum conquaſſata carina
Fluctibus immergẽs, in quam ruit Africus, Eurus,
Et Nothus excipiunt, ſtridens Aquilone procella
Inſequitur, freta vaſta tument, facit vnda fateri
Sydereos tetigiſſe ignes, ſiuit vna dehiſcens
Tartareas numerare domus, male doctus in undis,
Qua fugiat rector dubitat, franguntur habenæ
Turbine, ſola ſalus nullam ſperare ſalutem.
Quid tamẽ hinc capio? fluido quid ab æquore poſco?
An daret æquorius Triton quod Apollo negaret?
Nauis ergo? quod cerno fretũ? quam dico procellã?
Quem Zephirũ? dicã nè Nothũ quos noſco regẽtes?
Si bona quæ faciunt modo diſſolvenda capeſſunt,
Qui dedit ipſe aufert ſuaſum factura, quod ipſi
Conſtruxere ruet, ruet imbecilla taberna
His congeſta viris, hoc dillaceranda lyceo.
Ad quid conſtruitur ſi fundamenta ſuperſunt
Euertenda domus, labor eſt fruſtratus, inane
Extat opus; ſic pictus erat Saturnus in orbe
Diglutiens natos, ſic menſes tempora mandunt
Lubrica: Penelopes noctu reſecare ſolebat,
Quod glomerabat opus, dum non latitaret Apollo.
Proh quãtum æuum dolent vano conſumpta labore!
Ergo non nauis. Soboles Aquilina vocabor,
Vix teneris exuta pilis, ſolitis què parentis
Non experta dolis, quam nunc Salmantica mater
Vt probet exponit ſoli, ſub luce notabit
Veſtra quas Aquilas habeat, ſub ſole videbit

(c) 2007 Ministerio de Cultura

An faciat natis lux conniuere probata
Lumina, vel nullum possit remouere nitorem.
Si tamen ex vestris radijs combusta recedunt
Obvia, si soli cineres supereſſe videntur
Exuviæ, non flecto animum, doctrina relicta
Ex spolijs cineris, veluti Titanius Ales
Pulchrior emerget fœcunda morte renascens.
Nemo perit mastyge patris, nec voce Magistri.
Queis positis litem referens insomnia quæram
Causas disquirens, & cætera dicta refellens,
Dum possem obstare meis, quo protinus actus
Huius erit pars facta prior, solvam que secundam,
Si ruptis laqueis (opus hoc est viribus impar
Sed libeat fari) vestris mea verba satisdent.
Sed prius hoc adsit signum ✠ sine patre parentis
Opperiat numen, Natus non factus, & ille,
Qui genitore carens vere procedit utrimque:
Hæc, cui terra subest, hæc vna, & trina potestas
Ingenio vix capta vllo, cui machina tota
Non satis est operis, nec sunt laquearia tanta
Vrna capax, nec plura forent si plura fuissent.
Adsit Sancta Parens solum dignata Parentem
Vberibus lactare suis, portare creato
Ventre creatorem, propria de carne parare
Tegmina facta Deo nostri tegumenta laboris.
Quod potius tutamen erit? Tu sola vocaris
Alma reis, si ergo nullum non vinco reatum
Maior culpa potest maius sperare leuamen.

© 2007 Ministerio de Cultura

Et quæ ſydereo thalamo ſuper aſtra iacenti
Conſociant ſponſo, veniant qui rore cruento
Sanguinis effuſo penetrant adamantina clauſtra.
Et mihi adeſſe poteſt Eduardus, nomina traxit
Qui trahet auxilium; non deſerat ille coruſcans
Liſiadum fulgor, facili quem poſco favorem
Iure manu mittet, nam ſi Deus orbis, opisque
Clauſtra tenet manibus, manibus tenet ille tenentẽ;
Quod nequeunt vires, precibus contendet inermis.
His ergo precibus nixus, timidum que retrudens
Corde metum ſubeo litem, certamen adire
Incipiens, monſtrabo viam, qua ſomnia poſsint
Mente capi, quæ noſtra velint vel priſca reclamẽt
Diſcutiam placita, & quæram diſquirere cauſam
Non ſatis explicitam, cui tot natura creata
Debeat eucntus, quæ ſegnem cauſa ſoporem
Volvat imaginibus, vel tot ſine imagine vultus
Offerat, an caſu fiant, vel fortè putandum
Quid quid in hoc lateat Diuinæ mentis egenum.
Tantæ mollis erit cauſas cognoſcere tantas.
Eſt igitur ſomnus triſtiſsima mortis imago,
Eſt conſaguineus læthi, cui pectus anhelum
Teſtis inoffenſæ vitæ eſt, ſed membra ſopita
Teſtantur gelidam mortem, quem ſola ſequuntur
Segnities, & ſemper inops oblivio mentis.
Limen in horribili pelago, ſthigiaque palude
Somnus habet ſedem, iacet hic, ſine ſorte lacertos
Tendit humo, corpus ſternit, frigus què per artus

Ad

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Advocat externos, dum sensus frænat in antro.
Nil redolet vitam, monstrat quam vita caduca,
Quam fragilis sit nostra fides, nec solvit habenas
Perpetuò natura suas, eget ipsa sopore,
Quo sine deficiet, reparantur imagine mortis
Vitæ pernicies: ergo de tempore lapso
Si medium viuis, medium cum morte resolvis.
Hunc ergo somnum, hanc mortis sine morte figuram,
Hanc speciem vitæ sine vita, vana sequuntur
Somnia, quæ semper vario phantasmate plena
Et tot imaginibus, tantis que referta chimeris
Vt torquere animum soleant, quibus iste reluctans
In dubijs iam falsa putat, iam vera fatetur;
Effectus varios, diuersaque corpora vertunt,
Iam referunt quæ dicta diu, præsentia fingunt
Quæ fuerant olim; distantia, iuncta videntur,
Iuncta tamen distant, describunt sæpe figuram
Quam bene formatam formarunt sæpe chimæram
Quam male digestam mollem sine nomine dictam.
Tam varios casus possunt simulachra mouere.
Maiestas immensa Dei, veneranda, tremenda,
Effugiens captum, sunt hæc miracula dextræ
Solum danda tuæ, quod possint volvere sensus
Et solitæ torquere, & defraudare potentes
Corporeæ species, quas vel sine corpore dicam.
Hoc fateor mirum, magnũ Omnipotentis honorẽ,
Vendicat, & quamvis naturæ legibus huius
Euentus referam causas, vel origo fuissent

(Pæ

© 2007 Ministerio de Cultura

(Parcat Ariſtoteles) ſimulachra in mente reperta,
Siue aliud natura daret, vel ſomnia dicta
Quæ ſunt facta ferant, vel ſint præſaga futuri,
Quid quid in hoc lateat mortalia pectora vincit.
Ille vetuſtatis fulgor, vice Phæbus in orbe,
Præ reliquis cultus, quem progenuiſſe ſuperbit
Græcia, quem ſolum fontem Medicina vocauit,
Fama colit Medicum, Medici coluere parentem:
Sedulus ille vigil, revocatus Apollo, Galenus
Scilicet, in libris magnis, quibus ipſe locorum
Impoſuit titulum, dubium quod ſolvimus iſto
Concitat exemplo, ſenſit crudeſcere mentem
Ingeſtis dubijs, quærens quæ cauſa creata
Cogàt inæquales oculos obiecta videre
Sub gemino vultu, dubitans vbi tanta reponat,
Vnde petat cauſas, cupidum ſatis arcta Galenum
Cura fatigabat. Sed quem non cura fatigat?
Anxius & cupidus vellens compellere ſomno,
Quæ vigilem premerent, oculos reclude re cæpit,
Et fauces aperire ſinit, præterrita curis
Corda iacent, ſomno cedunt, qui pocula ſumens
Læthei fluvij, nigræ que paludis Auerni,
Aſperſit madido mortalia membra ſopore.
Exoptata quies ſequitur, feſſos què per artus
Serpit, & in ſomno, vel cæca in morte ſepultum
Conſpiceres, dubium que foret ſi membra ſopita
Aura tenet vitæ, vel defuit aura cubantis;
Tunc velutante oculos valido terrore figura

Horri-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Horribilis gestu, vultu que tremenda superbo
Obvia fit pauido, pauidum formidine replens:
Succubuit metui, gelidus timor occupat artus,
Vmbra tamen rauco talem dedit ore loquelam:
Cum geminata vident oculi, de sede recedunt
Fac quod ad obiectum servetur debitus axis,
Et dabit obiectum simplex spectatio duplex.
Dixit, & extemplo cum somno deficit vmbra.
Ista Galenus ait, pro quo credenda videntur
Semper enim est placitis fiducia danda vetustis.
Circa hoc inspectum tria discutiemus in actu
Præsenti, proferre modum quo somnia fiant
Exoptat primum, causas numerare secundum
Vellet, & an Dœmon possit simulachra mouere:
Istud enim poscunt insomnia dicta Galeni:
Tertia pars rogitat num sint præsaga futuri
Somnia, vel solum possint memorare præacta.
Hæc in opus veniunt, hæc discutienda vocantur.
Pro quorum primo conclusio prima sequetur,
Hæc agit internus sensus (quocumque sequuto
Cardine vertamur) se se simulachra ministrant
Aptam materiam, quorum sunt horrea sensus,
Spiritus, & partes, hæc instrumenta vocamus;
Nam species illis habitæ possunt que mouere,
Et poterunt augere illas quas organa servant,
Ex quo colligitur variari munera sensus
Pro specie varia, quam cætera ad organa mittant;
Et probo, nam sensus variorum volvere formas

Cum

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Cum posſit, dare debeo quod determinet ipſum
Percipere has potiùs, dant hoc ſimulachra reperta
In rebus poſitis: ergo bene ad illa recurro.
Clarius hæc exponam, ſi ad tria membra reducam
Somnia; ſit primum quando ſimulachra ſequuntur
Ordine nullo habito, quæ iuncta chimæra vocátur
Plura repreſentat, complentur imagine nulla
Vt ſi poſ ideat ſenſum fabricata figura
Ex Aquilæ pedibus, contexta que pelle leonis,
Geſtu horrenda lupi, canis exornata capillis,
Fronte repreſentans vulpem, compagibus hircum.
Iſta chimæra foret, quæ fit quia plura mouentur
Continuè, motu quorum iunguntur in vnum,
Quæ formas diſiuncta dabãt, ſed iuncta chimæras.
Dico aliud membrum quando quæ facta fuere
Sub radio Solis nitido, ſub nocte reuoluit
Obſcura ſenſus; fit cum ſimulachra retenta
Spiritibus magis accedentia ad organa, multas
Intendunt ſpecies quas inuenere remiſſas.
Tertium erit membrum, quando deſervit ad vnam
Volvendam ſpecies alia, vt qui dulcia ſenſit
Phlegmata per ſomnum, modica dulcedine captus
Deguſtaſſe putat flagrantia mella ſapore.
Quod fit nam ſpecies quæ à lingua mittitur, illam
Excitat, & poſſunt maiores volvere paruæ,
Quæ quia ſunt ſimiles, ſimulachra intẽſa reuoluũt;
Sed fugiunt ſenſum quia ſunt obiecta remiſſa.
Sed contra inſurges cupiens adverſa probare,

Quæ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quæ rens, quo pacto distinctas excitet vna
Interdum species, cum nec mutentur in actu,
Nec speciem intensam valeant augere remissæ,
Ergo si desit, placiti què ruina minatur,
Et frustratur opus, vel si tutamina quæram.
Plura dari poterunt, tamen invariabile nullum.
Sed respondetur, verè non posse figuras
Permutari adventu aliarum, semper vt ante
Insunt, nec species magnas augere valebunt
Exiguæ, sed quæ pervenit ad oragana, sensum
Iam simili affectum vocat ad simulachra retenta.
Excitat ergo aliam, quia mens immersa sopore
Hauc sensit speciem, quæ sit (si mauis) odoris,
Non tamen obiecti potuit cognoscere sacram
Naturam, sensus que ignota ad nota reducens,
Hac motus specie cognoscit in ordine primam:
Duritie veluti lapides, albedine calcem,
Rebus odoriferis moschum, dulcedine mella,
Pro calidis ignem, pro frigiditate gelantem.
Sed nunc obijcies: solum obseruanda videntur
Hæc inter species huius sensantis, & ulla
Non dabitur ratio iungens obiecta duorum.
Nil valet hæc ratio, quia si simulachra repugnent
Sensibili proprio, poterunt communibus esse
Talia, siuè modo, seu tempore, siue figura:
Sic si alios superans in corpore flava redundet
Bilis, nunc oculis fumosa cacumina surgunt,
Ligna iniecta piris, combusta que corpore busto.

Sic

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sic & amatores, cæci que libidine cæca,
Vt memores fiant; sibi mũnera grata reposcunt
Mutua, sic digitis circumdant aurea signa.
Delicias animi, placidi monumenta favoris.
Queis habitis propero causas numerare potentes
Volvere imaginibus mentẽ, & simulachra mouere
In somnis, an Dextra Dei, vel candida Cœli
Agmina, si Dœmon, vel naturalia solum
Sufficiant, vt tanta queant sine numine volvi.
Intus & exterius causas simulachra mouentes
Invenio, quarum primas numerare licebit
Internas; sunt ergo habitus, dolor, ira, vapores,
Plura que si possint nostro producere tactu
Sensibiles species, quæ ad sensus organa missæ
Evoluant similes, diuersa què somnia surgant.
Omnia firmari poterunt ex mente Galeni
In proprijs libris, quibus hæc memoranda reponit
Somnia, cuiusdam qui carnea membra putauit
Saxea, sed cupiens viuentia saxa levare,
Arripiens stratum corpus, somnum què retrudens
Carnea membra videns, visum proclamat inanem:
Sed malè verba dedit, quia si phantasmata risit,
Postea membra videns gelido compressa labore
Si non saxa vocat, putat immutabile saxum.
Et Methodi libris insomnia visa fatetur,
Quæ soluunt habitam litem, medicamina condunt,
Et curam properare iubent, ne prima loquelæ
Instrumenta ruant, & possit habere salutis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Lingua fidem, quæ voce carens tumefacta iacebat.
Quod magis explicitum dedit experientia multis
Exemplis, vt quando fames corrodit hiantem
Ventriculum morsu valido, tunc somnia lætus
Asportando epulas, libando pocula plena,
Quas cupit ille dapes vano phantasmate condunt.
Hæc placet internæ causæ tribuenda fateri.
Protinus externæ numerari, & mente recondi
Exoptant, quarum numerũ (quia plura reclamãt,
Quæ vanus Plhegetõ, obscura què Tartara vertũt)
Ingreditur, qui iusta luens colit atra paludis
Littora nocturnæ, semper miseranda flagellans
Corpora, qui miseros tribulis iratus acerbis
Verberat, ille audax qui magnis excitus ausis
Perdidit æternas aulas, & ab arce superba
Raptatus, meminisse pudet quem nouit Olympum
Sed quem si meruit non terruit ira Tonantis.
Ille (inquam) stigio fluvio præfectus Auerni
Incola Tartareus, poterit patientia iungens
Actiuis, species ad somnia dicta mouere.
Sic veteres tantos dubio sermone fefellit
In somnis, simulachra mouens sub imagine ficta
Quam colerent, ad eas potuit compellere fraudes.
Huc recidunt quæ iam memini tetigisse Galenum
Dum proprio sermone refert de Dæmone quodam
Venisse in somnis dubium rescindere nodum.
Sic apud Æneam cecidit Phæbea Sacerdos
Incomptis hirsuta comis, vario què colore

Ad-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Adventu bacchata Dei, rabie què tumeſcens
Excuſiſſe Deum cupiens, ventura pericla
Dardanèis retulit, credens ſub Apollinis umbra
Quæ Phlegetõ proferre iubens de fraude ſuperbit.
Sic etiam renuens ſibi damna minantia ferre
Nocte illa (qua tanta fuit ſine crimine paſſus,
Qui veterum peccata luens, cœleſtia clauſtra
Sanguine diſrumpens clarum patefecit Olympum)
Iudicis vxori per ſomnia monſtrat Iesvm
Inſontem, nè morte lauet qui morte redemit
Tot miſeros, quos ſolus amans detruſit ab Orco.
Tanta poteſt ſi dextra Dei demittat habenas.
Hæc eadem in ſomnis poterunt offerre cohortes
Angelicæ, iuvenes in ſyderea arce miniſtri
Aligeri, quibus alta Poli laquearia fulgent.
Teſtatur ſponſus melior reputatus in orbe,
Eiuſdem genitor, cuius genitura vocatur:
Qui dubitans vxoris onus, dubius que relicti
Pignoris in ſomnis monitus fuit ille miniſtro
Aligero, qui monſtrat opus quo numine factum,
Et quæ ſi annueret legi, lapidanda dediſſet
Viſcera plena Deo, creſcentem Virginis alvum,
Spem veterum, miſeræ condigna piacula culpæ.
Et poſtquam ventrẽ non rupta què viſcera linquit
Inuiſent mortale genus, qui frigore plorans,
Captus amore hominis, voluit ſine tegmine naſci
Nudus amor, pro labe rigens calefactus amore.
Angelus in ſomnis docuit, quod matre recepta

Cum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cum puero fugeret crudelia facta Tyrani.
Sic etiam reditum monuit cessante procella
Inuidiæ, vt properans Ægyptia linqueret arva.
Et sic in somnis meritæ Rachelis amanti
Nuntius æthereus talem dedit ore loquelam;
Quidquid habes properare licet, repetenda videbis
Ossa patris, placet in campum remeare paternum
Quod natale colis, patres coluere sepulchrum,
Tanta mouent, nutuq̃ Deus, manibus que ministri.
An tamen ista queat Dominus simulachra mouendo,
Vel gignendo etiam, nullus dubitabit, & esset
Ridiculum dubium, quis inaniter ista negaret
Omnia vertenti nutu? qui sydera calcat,
Castra terit, tempus volvit, manibus que futura
Fata tenet, super astra thorum, super omnia dextrã.
Si tamen exoptes testes, attende furenti
Rachellis patri, cuius fera corda repressit
In somnis Dominus: referat Rex ille superbus
Accipiens de voce Dei sub nocte quiescens
Mentem, & diuitias. Dicat qui sensit hiantem
Zonam stelliferi, Dominum super astra sedentem,
Et positas schalas, & descendentia vidit:
Quæ solito cantu resonant volitantia castra.
Testis erit qui membra dedit diuulsa, parando
Pro consorte struem, dum totus imagine mortis
Immotus remanens, potuit cognoscere partum
Virgineum, Dominum q̃ sibi tegumenta petentẽ:
Ob quod (vt Augustinus ait) clamavit ab illis

Ossi-

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Ossibus hæc ossa, hæc caro ab ista carne recessit.
Cuncta potest si cuncta velit, qui cuncta creauit,
Nil cupiens quia adest omni super omne potestas.
Restat vt extremam partem reuocemus inactum,
Scilicet an vere casus præsaga futuri
Somnia sint, dubio dedit alas ipse Galenus
In Methodi libris, dicens quod somnia noscens
Patris, eis monitus Medicæ tulit arma cohortis;
Et litem resecare potest quicumque recensum
Viderit, agnoscat causas, & noscere casus
Tunc poterit, nam si moveantur somnia dicta
Interiori aliquo, nequeunt prædicere quidquam:
Si tamen exterius fiant, ventura trahentur
Ad mentem (velit ipsa Deus) quo numine docti
Plurima prænoscunt pauci, quos æquus amauit.
Sic puer in somnis fratrum conspexit aristas
Depressas, segetes que suas capita alta ferentes
Miratur, patrem que eius sub imagine Solis,
Et matrem vt Lunam, fratres velut astra nitentes
Procubuisse solo ante ipsum, genibus què reflexis
Vidit adorantes, damni data causa futuri.
Et postquam dominam turgente libidine cæcam
Contemptor sine veste fugit, tegumenta relinquēs
Vt puero despecta tegat Citheræa pudorem:
Carcere detentus bona vaticinatur aruspex
Pristina pincernæ, capitis miserabile damnum
Pistori, ex gemmanti vite, tribus que canistris
Coniectans quæ cuncta potens sibi sola reservat.

Hoc

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hoc etiam exequitur quando de carcere deiptus
Quod pro fraude tulit, veniens Pharaonis ad aulas
Propositum enodauit opus, monuit quiè parandas
Pro languore famis segetes, quia vidit opimas
Messes, atque boues alijs velut agmine mixtas
Confectis macie, quibus aurea tempora nouit,
Queis inflat sine dote fames, sine lege necessum.
Sic iuuenis, qui voce refert quæ visa tyranno
Auspicium reddens, & pro compage figuræ
Tam varia, varios casus Rex auribus hausit:
Euentura illi, ventura que tempora Regno
Abdita congerie somni cognouit haruspex
Coniectata trahens, quæ nec repetita capesit.
Perpetuum reddetur opus si exempla referre
Cuncta velim, prius auriferas numerabis arenas,
Ignivomi vertentur equi, Lunæ que labores
Deficient, quàm dempta libris exempla vetustis
Narranti desint. Posset Babilonius auspex
Reddere Nabuchi somnum, memorabile Regis
Exilium, solum viridanti gramine dignum,
Indignum que viris, qui se iactabat honorem
Surripuisse Dei. Memorarem insomnia Teucri,
Dum placidas linquens gratus Tyberinus arenas
Monstrauit, queis structa locis Albania surget.
Atque Hecubæ possem somnum revocare (futuri
Auspicium) quo mæsta videns phantasmata sensit
Ignem peperisse facem, qua Pergamat fumant.
Sed data sufficiant nè tempora lapsa reclament

Tam

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Tam vacuo verti lapſu, ſi plurima deſunt
Tempora conſulam, ſi quæ male parta videntur,
Dum poſſem, meliora darem; quæ viribus æquo.
Queis habitis diſcuſſa manent quæ ſomnia traxi
Diſcutienda prius, quam vos theoremata noſtra
Cætera vertatis, ſi quæ ſunt tædula cuius
Cognoſcetur opus, quæ vere grata notentur
Cuncta placent tribuenda Deo, qui dicta recludens
Finis erit, qui fine carens eſt finis in omni,
Crux tegat ✠ & ſancti faueant, & Virgo coronet:
Omnia namque iuvant redimita coronide Sacra.

Diſtichon Enigmaticum.

Hæc tria bruta caue, primum conſpurcat aquoſa,
Perforat hoc veſtes, quas aliud lacerat.
Ædipe quid facis? illo veſcere, cætera ſcinde,
Nobis bella parant, *ſuſtineamus*, age.

Occaſio depingitur.

DISTICHON.

Dextræ mucro, rotæ pedibus, talaria talis,
Sincipite crines, occipiti que nihil.
Vertor acu, rotor atque volo, quia tempore volvor:
Calveo vt arripias, quas fero fronte comas.
Fluxilis & velox, præceps que occaſio dicor,
Me cape, nè temnas, en moror, heu fugio.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ora ute B. Virg. Roſa de Santa Maria comitatur Philomela, culices ſilent, & plantæ humiliantur.

EPIGRAMMA.

COmpellat dum voce Deum Roſa corde perorans,
Quam plantæ, culices, & philomella iuvant.
Si caput inclinat, corpus ſi inflectit ad aram;
Planta recurvato fronde recurrit humum.
Si canit himnorum modulos; philomella querellis
Garrula, nunc grato concinit ore mellos.
Et culicum vaga turba ſilens, non torva ſuſurrat,
Non ferit, attendit ritè, vel arte ſonat.
Sic Roſa, ſic que Roſæ morem natura gerebat:
Plantarum, & volucrum regula virgo fuit.
Cum caput auricorum Phæbus nitidiſsimus edens,
Aſtra fugans, ſpargens nubila, cuncta fovens.
Vix orbem perluſtrat avens, vix luce coruſcat,
Cum novus antiqui Lucifer ora ferit.
Tunc Roſeum roſeo hortum circunſpectat ab ortu,
Quo pia circunſtat candida turba Roſam.
Vidit, & obſtupuit, tantum admiratus in vna
Virgine inexhauſtæ Religionis opus.
Terrigenas parere nova ſub lucæ puellæ,
Afflatu ſuperi iudicat eſſe Dei.
Fluctuat ignipotens, partitum cogitat oſtum,
Lora refert, frænat lumina, ſiſtit equos.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec mora: flammifero curru deducitur, aiens
Vertor ad Eoos, Sol, Rosa in occiduis.
Dixit, & auersus numen reuerretur ouantis,
Et palmam Australi dat Boreale iuvar.

In laudem Pariſsimæ Conceptionis Deiparæ Virginis.

EPIGRAMMA ACROSTICVM. *Domus Aurea.*

DIgna Dei partu, cur eſſet lege ſub acta?
OEra ne lege foret, quæ ſine lege parit?
MOrſum non fugeret, quæ morſus damna fugauit?
VEt genitrix lactans, quem genitura colit
SOla intacta manens, intacto nupta marito:
AVlo illæſa gerens, integra Virgo parens,
REt lex iſta ruit rueret communis origo:
AEſtituens lapſum iure ne lapſa cadet?
Et licet aduerſum ratio deuinceret vlla,
A Domino pariens ſerva redempta manet.

INDEX

(c) 2007 Ministerio de Cultura

INDEX

RERVM QVÆ CONTINEN-tur in tribus Libris huius operis, ſervato ordine cuiuſ-que rei.

NVMERVS DENOTAT PAGINAM.

LIBER PRIMVS.

Sectio prima.

Vita B. Virg. Mar. pag. 1.

Sectio ſecunda.

Diverſa Epigr. in Nativit. B. Virg. de los Milagros. 29
Acroſticũ, & Anagramaton Nominis Maria. 36
Aliud Acroſticum. 38
Alia Epigr. ad B. Virg. Mar. 39. & ſeq.
Ab initio & ante ſæcula, &c. Iambic. dimetr. 42
Aliud in idem 43
Ego Mater pulchræ dilect. 43
Miracul. Virgo 44
Quia fecit mihi magn. 45

Sectio tertia.

Fabrica Templ. Salomonis. 46

Sectio quarta

Buda debellat. ex Turcis. 73

Sectio quinta

Varia Epigram. ad diverſos Sanct. 80

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nil ſupra Deum. 80
Ieſus coloc. in Conv. S.
Franciſci de Aſsis. 81
Ad S. Icann Capiſtr. 82
Ad eumdem. 83
Ad S. Franc. Xauier. 84
Ad eumdem. ibi.
Ad S. Dominicum de
Guzman, Catmen
ſaphicum. 85
Ad eumdem diverſ.
Epigr. 87
Pro Glorioſiſs. Patriar
cha D. Ioſepho. 92

Sectio ſexta.

Carmina ad diverſos
Sanctos in Iambicis,
& Saphicis. 93
Ad S. Doct. P. N. Au-
guſtinum. 93
Ad S. P. N. Franciſcũ
de Aſsis. 94
Ad S. Nicolaum Epiſ. 95
Ad S. Petrum de Al-
cantata. 97
Ad S. Ioannem de Dios
P. N. 98
Peccatoris imprecat. 99
Pro Incarnat. Dom.
N. Jeſu Chriſt. 102
Ad S. Franc. Xauier. 203
Ad B. V. Mar. Iamb. 104
Pro Glorioſ. Patriarc.
D. Ioſepho 105

LIBER SECVNDVS

Sectio vnica.

Diverſa Epigr. ad di-
verſos ſcopos. 107
O Coridon, Epig. 1. 107
Ad guloſum. 108
Ad mendicum 109
Ad Fortunam. ibi.
Ad Tulium 111
Ad Cygnum ibi.
Ad tempus amiſsũ. 112
Ad iracundum. 113
Ad ebrium. ibi.
Ad adulatorem 114
Ad Meretricem 115
Ad Pigrum 116
Ad Fæneratorem 117
Ad lurconem 118
Ad maledicum 120
Ad puellum 121
Ad equitem. ibi.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad ſtultum. 122
Pro ſuſcepto muner. 123
Ad avarum. 124
Ad garrulum. ibi.
Ad Tulium. 125
Ad Monachum. ibi.
Ad Martium 126
Ad agricolam 127
Ad pulchrum 128
Ad Lapidarium 130
Famelicus. ibi.
Ad Præſulem 131
Ad eumdem. ibi. & ſeq.
Ad ſubditum 134
Ad eumdem 135, & ſeq.
Ad amore inſanum. 140
Ad amicum, cuius filius perierat in bello. ibi
Ad novum Oratorē. 141
Ad Aſtrologum 142
Ad Solem 144
Ad Lunam ibi.
Ad amore inſanum. 146
Ad patrem familias. 147
Ad Matronam 148
Ad avarum 149
Naſutus in calvum. 150
Ad pulchram 151
Ad ſurdaſtrum 152
Ad anxiosū theſauri. 153
Ad Poetam 154
Ad garrulum 155
Ad luppam. ibi.
Ad puſillum 156
Ad ſcriptorem 157
Ad avidum famæ 158
Ad Maximum. ibi.
Ad ſenem 159
Ad Togatum 160
Ad Marcum 161
Ad ingratum ibi.
Ad Graccum 162
Ad Severum filijs abū-dantem. 163
Ad Senatorem ibi.
Ad amicum 164
Recenter nuptus. 165
Viduus. ibi
Avarus 166
Ad ſtultum. ibi.
Ad amicum 167
Ad amicum aulicum. ibi.
Ad Hoſpitem 168
Ad ſenem. ibi.
Feſtina lentè. ibi.

Par

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Par pari ovis 169
Munera partitur natura. 170
Ad Sextum. ibi.
Ad Maximum. ibi
Ad nuptum vxor. 171
Omne cedit auro. ibi
Arte loquendum. 172
Ad puellam post variolas. ibi.
Ad Garrulum 173
Ad amicum ibi
Ad equitem 174
Ad fucatum ibi
Ad saltatricis amatorem 175
Pater familias ibi
Tractent fabrilia fabri 176
Venter conditione prior. ibi
Ad Musitatorem 177
In impium ibi
Ad Marcum 178
Ad amicum ibi
Meretrix 179
Ad Blasinam ibi
Agricola 180
Ad Lusorem 181
Sua sorte contétus. ib.
Ad Sextum 182
Ad maledicum ibi
Ad loquacem ibi
Vna anchora fallitur navis 183
Ad equitem 184
Ad Marcum ibi
Mundana despice 185
In Oratorem ibi
Solatur tristem 186
Ad discipulum ibi
Ad amicum ingredié-tem in aulam Principis. 187
Non male prosperit. vtaris 187
Ad ingratum 188
In ebrium ibi
Ad Oratorem 189
Ad Marcum 190
Cuique datur munus proprium ibi
Caro circa dentes Lupi 191
A cane morsum. ibi.
Vxoris fiducia 192

Non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non adeúda sunt rursus pericula ibi
Tutum ama 193
Ad desponsatum 194
Fortunatus ibi
Non omne quod nitet aurum est 195
Ad conductorem iuris contra factionẽ. ibi
Ad nutricem 196
Ad Fucatam 197
Sit modus in rebus. ibi
Ad impium 198
Commoda solum placent 199
Elemosina 200
Alter alterius onera portet 200
Ad Pigrum 201
Fallax & Avarus. ibi
Ad loquacem 202
Audax animus 203
Concordes animi ibi
Ex moribus quisque patet. 204
Mulieris conditio. 205
Insipientem non cadit iniuria. ibi.
Ad impostorem 206
In convivas. ibi.
In otiosum. 207
Ad convivam. ibi
Ad Maledicum. 208
Convitium despice ibi
Non omnibus des fidem. 209
Poesis laus 210
Despice mundi bona, ibi.
Mirabilis Deus in hominis structura. 211
Multa mota nocent. ibi.
In mendacem 212
Virtutis laus. ibi.
Sis solers. 213
Pauperies secura. ibi.
Consilij ancipitis. 214
Ad detractorem. ibi.
Sub spe nil difficile. 215
Ad avidum. ibi.
Vtilia elige. 216
Ad Marcellum. ibi.
Pater familias. 217
Mores cum veste conveniant, 217
Inutilia contemne. 218
In vanum. ibi.

Ap

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad vxorem 219
Omnia tempus habent. ibi.
Laboris munera. 220
Nil valet ars aliquando. 220
Seditionis damna. 221
Divitis fortuna 222
Nupti querela 223
Proximus nuptijs. 224
Ad ebrium ipi
Ad puellum 225
Ad Oratorem 226
Exulis querela 227
Ad Maximum 228
Ad Julium avidum famæ. ibi.
Ad agricolam 229
Ad Marcum 230
Increpat vetulæ lachrymas. 231
Ad fortunam. 231
Ad parcum 233
Fratres discordes. ibi.
Ad loquacem 234
Gloria mundi. ibi
Ad flaccum 235
Ad Fortunatum. 236
Ad vltorem ignavũ. ibi.
Ad adulatorem amicum. 237
Ad divitem stultum. 238
Ad scriptorem 239
Medici querela ibi
Ad Sextum. ibi.
Ad Nautas. 240
Dialogus. ibi.
Præsidiũ in cõflictu. 241
Nil charius vita. ibi.
Coccizat Gallus. ibi.
Ad mercatorem. 242
Cessat Alexis. ibi.

LIBER TERTIVS.

Sectio prima.

EPISTOLARVM.

Epist. 1. ad Militem. 243
Ad tumidum. 246
Ad Fratrem. 251
Ad hipocritam. 254
Ad Rectorem. 258
Ad nuptias quærẽtẽ. 262
Ad eumdem. 266
Ad viduum. 269
Ad Brutum militẽ. 271

Ma-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Magiſter ad diſcipulum. 275
Solatur amicum pauperem. 278
Ad puellam. 280
Ad Flaccum. 283
Ad Pedagogum. 285
Ad ſodalem aulicũ. 288
Ad ſenem. 291
Ad adoleſcentem. 293
Ad detractorem. 296
Ad Principem. 299
Ad filium litteris vacantem. 303
Ad Præſidem in Indos miſſum. 306
Ad fratrem ab hoſte captum. 309

Sectio ſecunda.

Pulſatur lyra in Elegijs.
1. Hominis natura. 311
Authoris querela. 314
Memento homo quia pulvis es. 317
Commoda, & incommoda vitæ. 319
Dat teſſera bellum. 322
Hominis labores. 324
Nil hodie ſufficit nobis. 326
Thetis & Peleus. 329
Ætas ferrea 332
In Canonizat. S. Ioan. Saagum. 336
Dialogus, ſenex, & iuvenis. 339
In obitu Ducis de Guaſtala. 341
In adventu Marchionis de la Laguna. 344
Vetula cum fele. 346
Iactura Præſidij de Alarache. 349

LIBRI QVARTI.

INDEX ALPHABETICVS.

Num. prim. indicat § ſecundus pag libri.

Aborſus caulæ, & ſigna. n. 89. pag. 413.
Abſceſſus poſt laſſitudinẽ corporis, & poſt febres longas. 102. 428
Actio quot modis læſa dicatur. 2. 359

Actio

© 2007 Ministerio de Cultura

Actio noſtri corporis triplex. ibi
A cibo non reſici, malum. 58. 399
Actio animalis læſa. ibi
Actio vitalis quot modis lædatur, & quomodo ſubveniatur. 6. 362
Actio naturalis quot modis lædatur. 21. 372
Adoleſcens quibus teneatur morb. 87. 412
Ægri tolerantia. 52. 397
Æger Medico pareat. 38. 389
Ætus nimius. 14. 367
Ætate ſuperius purga. 92. 415
Ætus circa ventriculum, vel dolor, aut ſpiritus offendens. 103. 422
Ætates cibantur 47. 393
Ætas tibi apta. 113. 427
Alvi fluxus à cibo corrupto. 29. 379
Alvi fluxus à bile. ibi.
Alvus humida mutatur in ſiccam, & contra. 60. 400
Alvi fluxus in ægro debili. 95, 417
Alvi fluxus dyſenteri-cus. 96. 418
Alvi fluxus ſpumoſus. ibi
Alvi fluxus in hydrope, & pleuritide 142. 440
Album oculi in dormientibus apparẽs. 153. 445
Anhelitus dificil. 8. 363
Animi deliquiũ. 9. 364
Anni tempus indicat cibos. 48. 394
Animo repentè deffi-ciens, repentè moritur. 68. 404
Angina repentè facta. 98. 419
Anxietudines. 152. 444
Apoplexia fortis malum. 69. 405
Ardor urinæ. 30. 380
Aſſuetus labores le-vius

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vius tolerat. 72. 406
A ſudore frigus malũ. 69. 420
Atra bilis ſupernè, vel inferne eiecta. 94. 416
Atractionis cauſæ. 97. 418
Augmentum morbi quomodo noſcatur. 45. 392
Auxilia contra ſomnum. 4. 361

B

Balbutiens. 96. 418
Bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum. 66. 403
Bonus habitus ſolvi expedit. 39. 389
Bullæ in urina. 109 425

C

Calculus renũ. 107. 424
Calidorum vſus continuus. 114. 427
Calor ubi proſit actualis. 117. 428
Cancros occultos melius eſt non curare. 130. 434
Caput humectãtia. 3. 360
Caro livida in oſſe. 153. 445
Cibum faſtidientes. 94. 416
Cibi faſtidium in alvi fluxu. 96. 418
Circa principia & fines omnia imbecilliora. 65. 403
Cibus, & potus ſuavior, etiam ſi ſit deterior, præfertur. 67. 404
Coctio celeritatem, & ſecuritatem iuditij monſtrat. 45 393
Coma quid ſit, & quomodo medeatur. 4. 361
Conſuetudo indicat cibum. 49. 395
Convulſio ſupra febrẽ, mala. 63. 402
Communes morbi in diuerſis anni qua-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

dris. 81. 416
Concocta medicari oportet. 52. 396
Conceptus quomodo cognoscatur. 122. 430
Consistentiæ morbi. 87. 412
Cócussio capit. 148. 442
Cóvulsio prava. 110. 425
Contraria, contrarijs curantur. 60. 402
Copia sanguinis in febre. 15. 368
Corpora ad purgationem fluxilia reddãtur. 54. 397
Corpus non nutriri ab assumpto cibo, malum. 58. 399
Corpora impura lædũtur à cibo. 58. 400
Corporis mensura triplex 73. 406
Corpus ad vomitum paratur. 92. 415
Coxẽdicis dol. 151. 444
Crassi patiũtur magis quã graciles. 69. 405
Cutis rara sudoribus apta. 100. 420

D

Debilis pars attrahit. 97. 419
Deffectus exigit adiectionem, corruptio contemperamentũ. 50. 395
Defficere animo, quid. 68. 404
Defensiva vbi ponenda in fluxib. 115. 428
Deliriũ sedatur. 5. 361
Delirium à concutione capitis. 148. 442
Dementia. 149. 443
Defluvium capillorum. 113. 426
Dentiũ lẽtores. 102. 421
Destillat. ácapit. 114. 427
Diarrhea bilioſa. 29. 379
Dies contemplabiles in morbis. 62. 401
Dierum temperie diversa, diversimodè alterat. 79. 409

Di-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Difficultas anhelitus curatur. 6. 362
Dyseteria, quid 96. 418
Diversis temporibus diversimodè afficimur. 71. 406
Dolor ventriculi à flatu. 36. 386
Dolores varij in febribus. 34. 384
Dolor à fæcibus retentis. ibi.
Dolor capitis à flatu. ibi.
Dolor lumborum in febribus. 35. 385
Dolor lacertorum. ibi.
Dolor colicus in febre 37. 387
Dolor ubi non sentitur, malum. 57. 399
Dolor vehemens alterum obscurat. 71. 405
Dolor fixus post morbum abscessus prædicit. 97. 418
Dolor lateris 135. 437
Dolor ex dorso ad cubitum. 136. 437
Dolor capitis vehemes quibus solvatur 136. 437
Dolor capitis subitus. 136. 438
Dolor oculorũ. 137. 438
Dolor ventris diuturnus. 141. 440
Dolor coxędic. 151. 444
Dolores interni. 94. 416
Dolor à vapore acri, & crassio. 34. 384
Dolor ab humoribus crassis, & tenuib. 36. 386
Dum pus conficitur, dolores, & febres fiunt. 71. 405

E

Ebrius, obmut. 111. 426
Empyema quomodo fiat. 112. 426
Erysipelas ab interioribus ad exteriora vertì, bonum. 129. 434
Eructans acidum non laborat dolore lateris. 135. 437
Evacuatio spontina confert. 40. 390

Eva-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Evacuatio ſymptho-
matica mala. 94. 417
Evacuatio ex qua par-
te fieri debet. 132. 435
Eunuchus non fit po-
dagricus, nec puer.
145. 441
Experimentum peri-
culoſum. 38. 388
Extremis morbis ex-
trema remedia. 43. 391
Extenuatos lentè, len-
tè reficere oportet.
57. 399
Extenuata nimis abor-
tit antequam craſ-
ſeſcat. 91. 415

F

Facilius implemur po-
tu quam cibo. 57. 399
Fames excitatur. 21. 373
Fames canina vino
medetur. 57. 399
Fames exſiccat. 41. 390
Fames vbi eſt, laborā-
dum non eſt. 50. 395
Fauces ſi ægrotent,
deiectiones inſpice-
re oportet 59. 400
Febris ſupra convul-
ſionem. 63; 402
Febris intermittens,
bona. 101. 420
Febris ex bubone.
103. 421
Febris quando iuvet.
138. 438
Febris cõtinua 101. 420
Febris cauſa fixa, ibi.
Febris diaria. 104. 422
Febris quartana prohi-
bet convulſionem
138. 438
Febrilis cauſæ vitia.
14. 367
Febris ſymcopalis hu-
moroſa. 16. 369
Febris ſyncopalis mi-
nuta. 19. 370
Fæces retentæ. 30. 380
Fœmina debilior, &
frigidior eſt mari-
bus. 125. 432
Fætor narium. 32. 382
Fiſtula canalis. 108. 424

Flu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fluxus ſinceri, & acres. 96. 418
Fluxus in diebus imparibus, boni. 99. 419
Fluxus immodicus, vel parvus in febribus. 25. 376
Fluxio ſanguinis in quartana. 104. 422
Frigida naturæ inimica. 114. 427
Frigida quando proſint. 116. 428
Frigidus extremorum 153. 444
Frigus à ſudore, malum. 99. 419.

G

Gangrena. 147. 442
Gibboſus. 147. ibi.
Guſtus depravatus quomodo fiat, & curetur. 21. 372

H

Hæmorroides, & quãdo iuvent. 139. 438
Hercule o morbo correpti. 70. 405
Herculeus morbus mutatione ætatis medetur. 70. 405
Hydrops ab aqua iecoris. 142. 440
Hyems ſicca, & ver pluvioſum, quid pariat. 76. 408
Hyems aquoſa, & ver auſtrale: quid ibi
Hyeme inferius purga 92. 415
Hipocondrium molle & æquale 67. 404
Humor abundans noſcitur. 40. 390
Humidæ naturæ quæ ſint. 133. 436
Humores qua parte ſunt ducendi 51. 92. & ſeq. 415
Humor cõcoctus purgatur. 52. 396

I

Ictericus antè ſeptimum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mum. 105. 423
Lecur durum. 106 423.
Indicatio recta ſequi-
tur. 73. 406
Inedia. 10. 365
Inflamatio, vel eryſipe-
las vteri 89. 413
Inflammatio ulceris.
134. 436
In principio acutorum
non purgetur. 53. 397
Inſomnia varia narran-
tur. pag. 452
Iuventutis morbi.
87. 412
Iuvenes facilius repa-
rãtur à morbo. 68. 404

L

Lac in vberib. 121. 430
Lac quando conveniat
dare. 128. 433
Laſsitudo corporis
quæ ſit. 56. 358
Laſsitudo membro-
rum. 102 421
Lævitas inteſtinorum,
ſeu lienteria. 133 435.
Lætitia immodica.
10. 365
Legitimis tempori-
bus, legitimi ſunt
morbi. 75. 408
Lentores dentium in
febre. 102. 421
Lingua nigra & aſpera
31. 381
Lippiens iuvatur alvi
fluxu. 137. 438

M

Magnæ temporum
mutationes pariunt
morbos. 74. 406
Magnitudo molis ſe-
nibus moleſta. 73. 406
Maligna febris ſuccur-
ritur. 15. 368
Maniacus. 149. 443
Melancholia morbus.
139. 439
Melancholicus melius
purgatur inferius.
93. 416
Menſtruis defficien-
bus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bus, ex vtero fiunt morbi. 118. 429
Menſes ſuperflui. ibi.
Menſes decolores. ibi.
Methodus medendi. 1. 357
Mictio nocturna copioſa. 108. 424
Modo calor, modo frigus, malum. 99. 419
Morbi ſtatus ex quibus conſtet. 45. 392
Morbus longus, aut brevis ex quibus conſtet. 46. 393
Morbus congruens temporibus, & ætati. 66. 403
Morbi autũnales. 76. 408
Morbi communes diverſis anni quadris. ibi.
Morbi ætatibus congruentes. 80. 409
Morborum terminus in pueris. 86. 412
Morbi ſenectutis. 88. 413
Morbus an ſudore finietur. 100. 420
Motricis debilitas. 8. 363
Mulier ſterilis, quæ ſit 123. 431
Mulier àn conceperit. 122. 430
Mulier ambidextra. 125. 432
Mulier frigidior maribus. ibi.
Mulier non laborat podagra. 145. 441
Mulier craſſa nimis non concipit. 124. 431
Mutatio inſignis frigoris, & caloris, prava. 99. 419

N

Natura recte operans permititur, & imitanda eſt. 51. 396
Nox gravis eſt antè criſim. 59. 400

O

Obſtructio in febribus 15. 368
Oculorũ dolor. 137. 438

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Odor pravus narium. 32. 382
Omenti vulnus, & casus. 150. 444
Omne nimium inimicum naturæ. 55. 398
Os vteri durũ. 124. 432

P

Partes, quæ disectæ non coalescunt. 143. 440
Phrenitis auxiliatur. 5. 361
Pleuriticus in 14 diebus purgari debet, vel fit empyematicus. 112. 426
Pluvia nimia, quid faciat. 78. 409
Podagræ terminus, & quando fiat. 145. 442
Præservatio in morbis 60. 401
Prædictio in acutis incerta. 54. 397
Prægnantes quando medicandæ. 89. 413
Profluvium vteri ex calore. 119, 429
Pthisis signa, & terminus. 113. 426
Pubertatis morbi. 86. 411
Pueri & adolescentes, quomodo cibandi. 47. 393
Pueri quibus morbis corripiantur, & quot diebus terminentur. 85. 411
Pueri non sunt podagrici. 145. 441
Purgatio spontina. 40. 390
Purgatio in principio vtrum conveniat, 53. 397
Purgati non quiescunt donec sitiant. 92. 416
Puris sputum. 113. 426
Pus & aqua non educitur tota simul. 144. 441
Pus crassium occultatur. 144. 441

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pus malum quale ſit, & quale bonum. ibi.
Puſtulæ diverſæ. 140. 439

Q

Qualitas mutata. 31. 381
Quantitas cibi exhibenda. 50 395
Quartana febris non ſuſtinet ſanguinis fluxum. 104. 422
Quartana prohibet cõvulſionem. 138. 438
Quæ præter rationem eueniunt non ſunt formidanda nimis. 64. 402
Qui creſcunt plurimũ habent caloris. 47. 393

R

Raptus humoris in caput. 106. 413
Repletio evacuatione curatur 60. 401
Reſpiratio læſa curatur. 8. 363
Revulſio quid ſit. 132. 435
Rigor in die ſexta. 101. 420
Rigor à dorſo incipit. 125. 432
Rigor à potu. 125. 432
Rigor in febribus. 33. 382
Rigor criticus. 27. 378
Rigor poſt ſudorem. 33. 382

S

Salus pretioſa. 1. 357
Sanguinis fluxus nimius 13. 367
26. 377
Sanguis niger ſuperne, vel infernè ejectus. 95. 417
Sanguis extra vaſa ſuppuratur. ibi.
Sanguificatio læſa. ibi.
Sanguinis mictus. 107. 424
Sanguinis ſputũ. 113. 426
Sanguinis fluxus in ulcere

© 2007 Ministerio de Cultura

cere. 134. 436
Sanguinis vomitus.
Sanguis abundans in vberibus. 121. 430
Sani dificulter medicamina ferunt. 67. 404
Sedimentum farinaceum 109 424
Senes parum & sæpè cibandi sunt. 47. 393
Senes molestantur à magnitudine molis. 73. 406
Senectutis morbi 88. 413
Senes dificulter curantur. 68. 404
Septenorum quartus est index, & dies cõtemplabiles. 61. 401
Sicca temperies salubrior. 77. 409
Signa læthalia quæ sint 154. 445
Signa prava febrium. 103. 422
Symptomatum tria genera. 2. 359
Symptomata comitantia virium lapsum, & syncopem. 9. 364
Symptomata in excretis. 25. 376
Simplex morbus simplici eget curatione 49. 395
Sinceri fluxus & acres. 96. 418
Syncops humorosa. 16. 369
Syncops minuta. 19. 370
Singultus quomodo fiat, & quomodo medeatur. 23. 375
Singultus à flatu. 24. 375
Singultus pravus. 110. 425
Singultus à iecore, vel ventriculo vitiato. 127. 433
Singultus ex vsu frigidorum. 24. 376
Sitis in febribus. 22. 373
Sitis veniente tussi sedatur. 102. 421
Somnum conciliantia. 3. 360

Som-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Somnus coquit humores. 55 397
Somnus quando sit malus. 55. 398
Spontaneæ lassitudines prædicunt morbos. 56. 398
Splenicus. 146. 442
Sputum cruentum, aut lividum, malum. 103. 422
Sphacelus quid 147. 442
Sternutatio nimia. 32. 382
Sternutatio quando iuvat. 120. 428
Sterilis quæ sit. 123. 431
Sterilis quomodo cognoscatur. 122. 430
Sub cane, & ante, difficiles sunt medicationes. 93. 416
Sudor, vel fluxus nimius, quibus auxilietur. 11. 395. 26. 377
Sudor in diebus imparibus. 99. 419
Sudor frigidus. 99. 419
Sudor multus in somno. 100. 420
Sudor non decretorius 102. 421
Suffitus muliebria ducit. 118. 429
Suffocatio repentina. 98. 419
Suppuratio ab erisipelate. 127. 433
Surditas in febribus. 101. 421

T

Tabidus inferius purgatur. 93. 416
Temporis diversa temperies diversos gignit morbos. 75. 407
Temperies cuiusque diei, quid agat. 79. 409
Tempore legitimo, legitimi morbi. 75. 407
Tetanus, & à quibus causis oriatur. 111. 425
Timor 10 365
Tremores in febribus 148. 443

Tu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tumor mollis, bonus. 129. 434
Tumores occultos melius est non curare. 130. 434
Tumor apparens in ulcere, & euanescens. 131. 434
Tumor canalis. 108. 424
Tussis in hydrope, mala, 142. 440
Tussis sedat sitim. 102. 421

V

Varices. 146. 442
Vbi fames, laborandum non est. 50. 395
Vbi dolor, & calor, ibi morbus. 97. 418
Vbi dolor non sentitur, mens ægrotat 57. 399
Vere purganda corpora. 81. 410
Victus triplex 41. 390
Victus in morbis, & eorum temporibus. 42. & seq. 391
Victus pro anni tempo-
ribus 48. 394
Victus humidus pro febricitantibus. 49. 394
Victus in vigilantibus. 3. 360
Victus tenuis quando conveniat. 42. 391
Victus crassus quando conveniat. 44. 392
Victus quantus conveniat. 50. 395
Vigilia medetur. 3. 360
Vigilia immodica. ibi.
Virium lapsus in febre, & quibus causis contingat. 10. 364
Virium lapsus, quibus medeatur. 10. 365
Virium lapsus ratione febris. 14. 367
Vita breuis, Ars longa 38. 388
Vlcera renum, & vesicæ 107. 424
Vlcera vetusta. 134. 436
Vlceris inflammatio. ibi.
Vlcera circumglabra. 134. 437

Vol-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Volvulus. 141. 439
Vomitus in febribus, à varijs cauſis. 28. 278
Vomitus curat vomitum. 28. 379
Vomitus pravi coloris, mali. 94. 417
Vrina craſſa, alba, vel ſquamoſa. 106. 423
Vrinæ prava ſigna 109. 425
Vrina farinacea, & furfuracea. 109. 424
Vrina tenuis, & divulſa ib
Vrina oleaginoſa. ibi
Vrinæ ardor. 30. 380
Vtero gerentes ſunt medicandæ, & quãdo. 89. 413
Vulnus penetrans in capite. 150. 443

Additamentum in quo quæſtio de inſomnijs tractatur pag. 447
Diſtichon enigmaticon. 464
Occaſio depingitur. ibi.
Ad B. Virg Roſam de Santa Maria. 465
Ad Conceptionem Beatiſsimæ Virg. ibi

FINIS.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

© 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministère de la Culture

Opuscula

13585